


**Elio Corti**

**Fernando Civardi**

# **GESSNERGALLUS**



*Divo  
Alberto Teutonico  
atque  
Gallinaceo generi  
dicatus*



**Transcribed  
by  
Fernando  
Civardi**

**Translated  
by  
Elio  
Corti**

## **The Chicken of Conrad Gessner**

**January 8 - 2010**




The translation began at 15 o'clock of Wednesday June 15 - 2005  
Translation finished at 18 o'clock of Sunday December 27 - 2009  
Latin text transcribed by Fernando Civardi - 2005  
Reviewed by Elio Corti - 2009

66,700 is the total of Latin Greek and Hebrew words  
272 is the total of the errors identifiable through the character {  
303 is the total of the errors identifiable through the character <  
287 is the total average number of the errors often not attributable to Gessner  
0.43% is the total average percentage of the errors

In Aldrogallus in a total of 87,385 just Latin words  
omitting the Greek and Hebrew ones being crammed of mistakes  
the total average number of the errors is 1,072.  
Percentage of just Latin errors: 1.226%.


**The \* - asterisk - following a word refers to the item present in Lessico of  
[www.summagallicana.it](http://www.summagallicana.it)**



DE GALLO GALLINACEO, ET IIS OMNIBUS  
quae ad Gallinaceum genus in genere pertinent, quorum aliqua interdum  
sub gallinae nomine apud autores proferuntur.

THE ROOSTER

AND ALL THOSE THINGS COMMONLY CONCERNING THE GALLINACEOUS GENUS,  
SOME OF WHICH ARE SOMETIMES REPORTED BY THE AUTHORS UNDER THE TITLE OF HEN.



The typography puts a hen at the opening of rooster's chapter.  
The hen will be discussed at page 414 where the typographer, apologizing for this mistake due to hurry,  
will open the chapter of the hen with the image of a rooster.

A.

A

GALLUM simpliciter et cum adiunctione gallum  
gallinaceum, et gallinaceum quoque simpliciter  
pro eadem ave apud veteres et probatos autores  
legimus, Plautum, Varronem, Ciceronem,  
Plinium, Lampridium, alios. Plinius<sup>1</sup> etiam  
gallinaceum genus dixit, pro gallis, gallinis,  
earumque pullis, cum ait: Seminarium munitum  
sit ad incursum gallinacei generis. Gallinaceos  
vocant totum hoc genus avium, quod de

In the texts of ancient and esteemed authors as  
Plautus\*, Varro\*, Cicero\*, Pliny\*, Lampridius\* and  
others, we simply find written cock and, with an  
addition, gallinaceous cock and, for the same bird,  
simply gallinaceous too. Pliny also said gallinaceous  
genus for roosters, hens and their chicks, when he said:  
The nursery has to be protected against the raids of the  
gallinaceous genus. They call gallinaceous this whole  
kind of birds, since it flies down from the *gallinarium* -

<sup>1</sup> *Naturalis historia* XVII,69: Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse quam matrem saepe convenit. Sit ergo siccum sucosumque, bipalio subactum, advenis hospitale et quam simillimum terrae ei, in quam transferendae sint, ante omnia elapidatum munitumque ab incurso etiam gallinacei generis, quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras.

gallinario devolat, Gib. Longolius<sup>2</sup>. sed nos gallinarum quam gallinaceorum nomen frequentius ab authoribus pro genere toto usurpari animadvertimus: ut cum dicunt gallinarum multa esse genera, villaticas, Tanagraeas, Rhodias, Africanas, etc. nimirum quod in hoc genere foeminae semper plures propter partum alantur, mares perpauca, quod unus foeminis multis sufficiat. Gallum gallinaceum Albertus et alii linguae Latinae imperitiores, capum hoc est gallum castratum interpretantur: Isidorus<sup>3</sup> etiam gallum simpliciter. nam gallos (inquit) veteres castratos vocabant. Ad quod alludit etiam Martialis<sup>4</sup>, gallum a castratione scribens proprie gallum vocatum iri, sed is iocatur. Constat sane idoneos scriptores omnes, galli et gallinacei nominibus sive iunctim sive seorsim, de gallis maribus. id est non castratis usurpasse.

Gallinae trium sunt generum, villaticae, et rusticae, et Africanae. e quibus tribus generibus proprio nomine vocantur foeminae, quae sunt villaticae, gallinae, mares galli: capi seminares, quod sunt castrati, Varro<sup>5</sup> et Columella<sup>6</sup>. Et alibi Varro<sup>7</sup>, Canterii appellantur in equis, quod semine carent: in suis maiales, in gallis gallinaceis capi.

the poultry pen, Gisbert Longolius\*. But I notice that by the authors for the whole genus is more frequently used the name of hens rather than of gallinaceous: as when they say that different breeds of hens are existing, those of farmyard, of Tanagra\*, of Rhodes\*, the Africans, etc.: without doubt because in this kind of birds the females are always raised in greater number for offspring, the males in very reduced number, since only a male is sufficient for many females. Albertus\* and others rather untrained in Latin translate gallinaceous rooster with capon, that is, castrated rooster: also Isidore\* translates it simply with rooster: in fact - he says - the ancients called castrated the roosters. A thing to which also Martial\* alludes when writing that the rooster after the castration is correctly called rooster, but he is joking. In truth it turns out that all the qualified writers used the terms rooster and gallinaceous both jointly and separately apropos of the male roosters, that is, not castrated.

Hens are of three kinds, of courtyard, wild and African. Of these three kinds with fitting name are called females those which are courtyard hens, males the cocks, capons the half males, because they are castrated, Varro and Columella\*. And in another point Varro writes: Among horses they are called *canterii*, because they don't have sperm, pigs among swine, capons among roosters.

Page 380

Barbur, **ברבור**, 3. Reg. 4.<sup>8</sup> David Kimhi ex magistrorum sententia ait esse aves quae afferantur ex Barbaria, R. Salomon gallos pingues, Kimhi addit castratos. Iosephus volatilia vertit, [380] Hieronymus avium altilium,

*Barbur*\* in the First Book of Kings\* 5,2. David Kimhi\*, according to the teachers' opinion, says that they are birds which would be imported from Barbary\*, Rabbi Salomon says fat roosters, Kimhi adds castrated. Iosephus translates with birds, St.

<sup>2</sup> *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (1544).

<sup>3</sup> *Etymologiae* XII,7: Gallus a castratione vocatus; inter ceteras enim aves huic solo testiculi adimuntur. Veteres enim abscisos gallos vocabant. Sicut autem a leone leaena et a dracone dracaena, ita a gallo gallina. Cuius membra, ut ferunt quidam, si auro liquescenti misceantur, consumi.

<sup>4</sup> *Epigrammata* 13, 63: Ne nimis exhausto macresceret inguine Gallus, | Amisit testes, nunc mihi Gallus erit. - Il punto di riferimento sia di Marziale che di Isidoro sono i Galli\*, sacerdoti di Cibele, che si castravano. L'etimologia di *gallus* - il volatile - non ha nulla a che fare con tali sacerdoti. Il termine latino *gallus* sarebbe in relazione con lo slavo *golos* = voce e con l'inglese *call* = richiamo. Anche l'antico francese *geline*, gallina, deriva da *gallus*.

<sup>5</sup> *Rerum rusticarum* III,9,1-3: Igitur sunt gallinae quae vocantur generum trium: villaticae et rusticae et Africanae. [2] Gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, ut factitaverunt Deliaci, haec quinque maxime animadvertant oportet; de emptione, cuius modi et quam multas parent; de fetura, quem ad modum admittant et pariant; de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem ad modum et a quibus educuntur; hisce appendix adicitur pars quinta, quem ad modum saginentur. [3] Ex quis tribus generibus proprio nomine vocantur feminae quae sunt villaticae gallinae, mares galli, capi seminares, qui sunt castrati.

<sup>6</sup> *De re rustica* VIII,2,3: Sed ex his tribus generibus cohortales feminae proprie appellantur gallinae, mares autem galli, seminares capi, qui hoc nomine vocantur cum sint castrati libidinis abolendae causa.

<sup>7</sup> *Rerum rusticarum* II,7: Dempis enim testiculis fiunt quietiores, ideo quod semine carent. Ii cantherii appellati, ut in subus maiales, gallis gallinaceis capi. § *Cantherius* - o *cantherius* - è un castrone, un cavallo castrato, un cavallo da fatica, oppure un asino da soma. Il termine ricorda il greco *κάνθωον* = bestia da soma oppure *κανθήλιος* = asino con basto.

<sup>8</sup> *I Reges* 5,2: Decem boves pingues et viginti boves pascales et centum aves, excepta venatione cervorum, caprearum atque bubalorum et avium altilium. - Dieci buoi grassi, venti buoi da pascolo, cento pecore senza contare i cervi, i caprioli, i daini e gli uccelli ingrassati. - Secondo la Volgata\* e i Settanta - come viene annotato da Gessner - si tratta del Terzo Libro dei Re, cioè 3, cap.4. - Per un'analisi del significato di *barbur* si veda *Summa Gallicana* I,8,2,4.1\*.

Septuaginta ἐλεκτῶν, (quasi legerint, barur, id est electus:) Chaldaeus avem saginatam vel altilem. Gaber vel geber, גבר, Esaiæ [Isaiæ] 22. (Ecce dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, interprete Hieronymo.) Septuaginta et pl{a}erique Hebraeorum virum interpretati sunt, (quidam תרנגולא, *tarnegula*, id est gallinaceum, teste David Kimhi in *Commentariis*.) Chaldaeus gabera, גברא, id est virum. Sarsir, זרזיר, Proverbiorum 30<sup>9</sup>, varie exponunt, Hieronymus gallum, vide in Aquila A. Quis posuit in renibus sapientiam, aut quis dedit cordi (ut Munsterus vertit Iob. 38.<sup>10</sup> Hebraice legitur שכוי, *sekui*) intelligentiam? Sunt (inquit Munsterus) apud Hebraeos, qui vocem sekui, tarnegul (תרנגול, vocem Chaldaicam<sup>11</sup> esse conijcio, cuius ultima syllaba Germanicae galli nomenclaturae congruit) id est gallum interpretantur. David Kimhi, Abraham Esre, Chaldaicum Thargum utrunque, R. Symeon ben Lakis in Thalmud, et R. Moses in *Commentariis* in Job gallum reddunt: Hieronymus itidem. Septuaginta ποικιλτικῆν. Eruditus quidam apud nos mavult cum R. Levi animae potentiam imaginativam intelligere. Munsterus in *Lexico trilingui* pro gallo scribit etiam סכוי, *sikui*: et pro gallina סכויא, *sakuia*. Et rursus pro gallo nergal, נרגל: et habur, הבור, quarum vocum prior ad *tarnegul* accedit, posterior ad *gaber*. Gallum hodie Saracenis dic appellari quidam literis prodidit. Avicennae caput 296. lib. 2. inscribitur *Giaziudiuch*, interpres Latinus vertit de gallinis et gallo. Gigege, gallina vel gallus, Sylvaticus. Adicasugege, (Aduzaruzegi, Vetus Glossographus Avicennae) gallus vel gallina, Idem. Furogi vel furogigi, gallus, Idem.

Gallus apud veteres Graecos ἀλέκτωρ vel ἀλεκτρούων dicebatur: et hodie etiamnum ἀλέκτωρ vel ἀλέκτορας, Italice gallo. Gallice un cocq, gau, geau, gal, cog. Hispanice gallo. Germanice, Hahn/ Hausshahn/ Gul/ Guggel. Nam vocabulum Hün atsi pro gallina fere usurpatur, tamen communius est ad omne gallinaceum genus. Anglice cok. Illyrice kokot.

Jerome\* birds to be fatten up, the Septuagint\* with *eklektôn*, (as they had read *barur*, that is, chosen): the Syro-Chaldaic dictionary with fattened up bird or to be fatten up. *Gaber* or *geber* in Isaiah 22 (Lo the Lord will make you taken away as a rooster is taken away, translator is St. Jerome) Septuagint and most of Hebrews translated it with man - male, (some translate with *tarnegula*, that is rooster, as David Kimhi testifies in *Commentaries*), the Syro-Chaldaic dictionary reports *gabera*, that is man - male. They translate *sarsir* of Proverbs\* 30,31 in different ways: St. Jerome with rooster, see apropos of the eagle\*, paragraph A. Who has put in loins the wisdom, or who has given to the heart (as Sebastian Münster\* translates Job 38, in Hebrew there is *sekui*) the intelligence? Among Hebrews (Sebastian Münster says) there are some translating the word *sekui* into *tarnegul*, that is, rooster (I think it is a Chaldean\* word, whose last syllable agrees with the German nomenclature of rooster). David Kimhi, Abraham Esre, both Chaldean Targum\*, Rabbi Shimon ben Lakish\* in Talmud\* and Rabbi Moses in *Commentaries of Job* translate with rooster: the same does St. Jerome. Septuagint with *poikilistikên*, art of embroidery. An our erudite prefers to mean, along with Rabbi Levi, the imaginative power of the soul. Sebastian Münster in the trilingual lexicon for the rooster also writes *sikui* and *sakuia* for the hen. And again *nergal* and *habur* for the rooster, the first of these voices being close to *tarnegul*, the second to *gaber*. Someone has handed down in writing that today by Saracens\* the rooster is called *dic*. The chapter 296 of the second book of Avicenna\* is entitled *Giaziudiuch*, and the Latin translator renders with *Concerning the hens and the rooster*. *Gigege* is the hen or the rooster, Matteo Silvatico\*. *Adicasugege*, (*Aduzaruzegi*, for the ancient glossographus of Avicenna) is the rooster or the hen, still Matteo Silvatico. Even for him *furogi* or *furogigi* is the rooster.

Among ancient Greeks the rooster was said *aléktor* or *alektryon*: and still nowadays it is called *aléktor* or *aléktoras*, in Italian gallo. In French un cocq, gau, geau, gal, cog. In Spanish gallo. In German, Hahn, Hausshahn, Gul, Guggel. In fact the word Hün even if used mostly in the meaning of hen, nevertheless is more commonly used for the whole gallinaceous genus. In English it is cok, in Illyric kokot.

<sup>9</sup> *Proverbi* 30,31: gallus succinctus lumbos, “il gallo, che passeggia spavaldo fra le galline, il caprone, che marcia in testa al suo gregge, il re, quando arringa il suo popolo.” (*La Sacra Bibbia*, Edizioni Paoline, 1958) - Settanta: καὶ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὐψυχος καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει.

<sup>10</sup> *Vulgata*, Job 38,36: Quis dedit gallo intelligentiam? - *Giobbe* 38,36: “Chi ha messo nelle nubi la sapienza, o chi ha dato alle meteore l'intelligenza?” (*La Sacra Bibbia*, Edizioni Paoline, 1958)

<sup>11</sup> Confronta *tarlugallu*, ‘gallo’ (dal sumerico *dar-lugal* ‘re screziato’), che è voce assira. (Walde-Hoffman)

~~Et primum~~<sup>12</sup>. DE GALLIS sive Gallinis quae a regionibus et locis denominantur, nec aliter a villaticis communibus differunt quam magnitudine, aut etiam pugnacitate.

HADRIANAE gallinae (Ἀδριανικαί<sup>13</sup>, nimirum a regione, non ut Niphus<sup>14</sup> suspicatur quod forte ab Adriano Imperatore observatae sint, vixit enim Adrianus multo post Aristotelis tempora) parvo quidem sunt corpore, sed quotidie pariunt, ferociunt tamen, et pullos saepe interimunt, color his varius, Aristot<sup>15</sup>. Et alibi<sup>16</sup>, Multa admodum pariunt. fit enim propter corporis exiguitatem, ut alimentum ad partionem sumptitetur. Hadrianis laus maxima (circa foecunditatem,) Plinius<sup>17</sup>. Adrianas sive Adriaticas gallinas (τοὺς Ἀδριατικούς ὄρνιθας) Athenienses alere student, quanquam nostris inutiliores, utpote multo minores. Adriatici vero contra nostras accersunt, Chrysippus apud Athenaeum lib.7<sup>18</sup>. Gallinae quaedam Adriani regis vocantur, quae apud nos dicuntur gallinae magnae, et sunt magni oblongi corporis, abundant apud Selandos et Hollandos, et ubique in Germania inferiore. Pariunt quotidie, minime benignae in pullos suos, quos saepe interficiunt. Colores earum sunt diversi, sed apud nos

ABOUT ROOSTERS or hens named after regions and places, and not differing from the common ones of courtyard unless in size, or also for combativeness.

The *Hadrianae*\* hens (*Adrianiikai*, evidently from a region, not as Agostino Nifo\* hypothesizes, that is, because perhaps they would have been observed by Hadrian\* emperor; in fact Hadrian lived very afterwards the times of Aristotle\*) are in fact of small body, but they lay every day, nevertheless they become aggressive, and often kill the chicks, they are varicolored, Aristotle. And in another treatise: They lay a lot of eggs. In fact because of their small body it happens that the food is used for the procreation. To the *Hadrianae* goes the greatest praise (apropos of the fecundity), Pliny\*. The Athenians do their best in raising *Hadrianae* or Adriatic hens (*toûs Adriatikoûs ôrnithas*), despite they are more useless than ours, since they are very smaller. But, on the contrary, the peoples of the Adriatic sea are getting ours, Chrysippus\* in Athenaeus\*, book VII. Some hens are called of *Hadrian king*, those that among us are called big hens, and they are of great and oblong build, they are abundant among inhabitants of Zeeland\* and Holland\*, and anywhere in the province of Germania Inferior\*. They lay every day, they are not fond towards their chicks at all and often kill them. Their

<sup>12</sup> Pagina 778 - *Emendanda vel addenda*: 380.25. Et primum, dele.

<sup>13</sup> Filippo Capponi in *Ornithologia Latina* (1979), quando tratta delle galline di *Hadria*, cita in greco il brano di Aristotele tratto da *Historia animalium* VI 558b e riporta l'aggettivo *Adriani* a proposito di queste galline. L'aggettivo *Adriani* è usato, per esempio, da Dionigi d'Alicarnasso (retore e storico greco del I sec. aC) per indicare il mare Adriatico (*Romanae Antiquitates*, II 4), mentre non comparirebbe in Aristotele, il quale avrebbe invece usato due diversi aggettivi equivalenti: *Adriaticós* (*Historia animalium*, VI etc.) e *Adriani* (in Aristotele, *De generatione animalium* 749b 29 si legge: *tôn alektoridon ai Adriani*; in *Historia animalium* VI,1,558b 16 *Ai d'Adriani alektorides* (qui *Adriani* è *alia lectio* dei codici PD<sup>a</sup>)); cfr. anche Ateneo VII,23,285d (Ἀδριατικούς ὄρνιθας, polli adriatici). § In Giulio Cesare Scaligero\* (*Aristotelis historia de animalibus*, Tolosa, 1619, pag. 638) troviamo *Adriani*: Αἱ δὲ Ἀδριανικαὶ ἀλεκτορίδες, εἰσι μὲν μικραὶ τὸ μέγεθος, τίκτουσι δὲ ἀν'ἐκάστην ἡμέραν. Εἰσι δὲ χαλεπαί, καὶ κτείνουσι τοὺς νεοττοὺς πολλάκις. Χρῶματα δὲ παντοδαπὰ ἔχουσι.

<sup>14</sup> *Expositiones in omnes Aristotelis libros* (1546) pagina 157: *Adrianae* graece ἀδριανικαί, fortasse ab Adriano Imperatore observatae:[...]. § Agostino Nifo si è lasciato trarre in inganno da Alberto *De animalibus* VI,3: Adhuc autem quaedam sunt gallinae, quae Adriani regis - αἱ Ἀδριανικαί - vocantur, et apud nos dicuntur gallinae magnae, et sunt magni et longi valde corporis, et abundant in Selandia et Hollandia et fere ubique in Germania inferiori. (Albertus Magnus *De animalibus libri XXVI* - Hermann Stadler, Münster, 1916)

<sup>15</sup> *Historia animalium* VI 558b.

<sup>16</sup> *De generatione animalium* III 749b-750a.

<sup>17</sup> *Naturalis historia* X,146: Quaedam omni tempore coeunt, ut gallinae, et pariunt, praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis iuvencae plura quam veteres, sed minora, et in eodem fetu prima ac novissima. Est autem tanta fecunditas ut aliquae et sexagena pariant, aliquae cotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum ut effetae moriantur. Hadrianis laus maxima.

<sup>18</sup> *Deipnosophistai* VII,23,285d: Χρῦσιππος δ' ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ τῶν δι' αὐτὰ αἰρετῶν τὴν ἀφύην, φησὶ, [τὴν] ἐν Ἀθήναις μὲν διὰ τὴν δαψίλειαν ὑπερορῶσι καὶ πτωχικὸν εἶναι φασι, ὅψον, ἐν ἐτέραις δὲ πόλεσιν ὑπερθαυμάζουσι πολὺ χεῖρω γινομένην. εἴθ' οἱ μὲν, φησὶν, ἐνταῦθα τοὺς Ἀδριατικούς ὄρνιθας τρέφειν σπεύδουσιν ἀχρειοτέρους ὄντας, ὅτι τῶν παρ' ἡμῖν πολὺ ἐλάττους εἰσὶν· ἐκεῖνοι δὲ τάναντία μεταπέμπονται τοὺς ἐνθάδε.' - Il filosofo Crisippo, nel trattato relativo alle cose che si debbono preferire di per sé, dice: "L'acciuga ad Atene la disprezzano a causa dell'abbondanza e dicono essere un cibo destinato ai poveri, mentre in altre città l'apprezzano molto, pur essendo di qualità molto scadente. Del resto, dice, qui ci sono coloro che bramano allevare i polli del mare Adriatico che sono alquanto inutili, dal momento che sono molto più piccoli di quelli che abbiamo noi; al contrario, quelli - che abitano lungo l'Adriatico - importano quelli che abbiamo qui. (frammento 2, svF III pag. 195, presso Ateneo VII,23,285d - traduzione di Elio Corti con la collaborazione di Roberto Ricciardi)



frequentius sunt albae, aliae aliorum colorum. Pulli earum diu iacent sine pennis, Albertus. sed hae forsitan Medicae potius vel Patavinae gallinae fuerint. Gallinae Adrianae non magno et oblongo corpore sunt, ut somniavit Albertus, sed contra ut Aristoteles et Ephesius tradiderunt, Niphus. Gyb. Longolius Germanice interpretatur Leihennen, Varias sunt (inquit) rostro candidiusculo. pulli earum columbarum pipiones colore referunt. Ab Adriaticis mercatoribus primum in Graeciam advectae videntur, et inde nomen tulisse. Quod autem ferocire Aristoteles eas scribit, factum esse puto ob patriae mutationem, cum in calidiores regiones devectae et ferventioris ingenii redditae sunt, Haec ille. Varro<sup>19</sup> Africanas, quas non alias esse constat quam Hadrianas, varias et grandes facit, Turnerus. Ego Africanas ab Adrianis multum differre puto, cum Numidicis vero easdem esse. Hispanus quidam amicus noster gallinam Adrianam, Hispanice gallina enana nominat. nimirum quod corpore nana et pumila sit, quale genus in Helvetia apud nos audio nominari Schotthennen, alibi Erdhennle, alibi Däsehünle. Sed Gyb. Longolius gallinas pumilas Germanice vocat kriel<sup>20</sup>. Vulgares sunt (inquit) et passim extant. per terram reptant claudicando potius quam incedendo. Licebit autem gallinaceos huius generis pumiliones, gallinas pumilas cum Columella nominare. sunt enim in omni animantium genere nani, ut dixit Theophrastus. Pumiliones, alias pumilas, aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter foecunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, Columella<sup>21</sup>. Est et pumilionum genus non sterile in his <his>, quod non in alio genere alitum, sed quibus certa <centra> foecunditas rara et incubatio ovis noxia, Plinius<sup>22</sup>.

towards their chicks at all, and often kill them. Their color is various, and among us more often are white, others of other colors. Their chicks remain for a long time without feathers, Albertus Magnus\*. But perhaps these would have been hens of Media\*, or better, of Padua\*. *Hadrianae* hens are not of big and oblong body, as day-dreamed Albertus, but the contrary, as handed down Aristotle and the Ephesinus - Michael of Ephesus\*, Agostino Nifo writes this. Gisbert Longolius\* translates them in German with *Leihennen*\* - laying hens, and he says: They are of different colors with a whitish beak. Their chicks remind in color the chicks of pigeons. It seems that they were brought the first time in Greece by the merchants of the Adriatic sea, and that they were named after this. On the other hand, since Aristotle writes that they become aggressive, I think that this happened for a change of their origin's place, since moved to warmer regions they also became of more fiery nature, these are the words of Longolius. Varro\* defines variegated and big the African ones, and they are nothing else than the *Hadrianae*, William Turner\*. I think that the Africans are quite different from *Hadrianae*, and that the former are corresponding to the hens of Numidia\*. A Spanish friend of mine calls in Spanish *gallina enana* the *Hadriana* hen: certainly because it is dwarf and small in build, that breed which among us in Switzerland I hear is called *Schotthennen*, elsewhere *Erdhennle*, elsewhere *Däsehünle*. But Gisbert Longolius in Dutch calls *kriel* the dwarf hens. He says: they are common and are found everywhere. They crawl on earth limping rather than walking. Therefore it will be right to call, as Columella\* does, *gallinae pumilae* the dwarf chickens of this kind. In fact among the whole animal kingdom there are dwarfs, as Theophrastus\* said. Dwarf hens, except that someone likes their small size, I don't appreciate them excessively neither for their fertility nor for whatever other profit, Columella. There is also a dwarf breed not sterile

<sup>19</sup> Varrone è ben informato: un conto sono le galline da cortile e quelle selvatiche, un altro conto sono le faraone. Ecco i frammenti di Varrone in cui parla delle *Africanas*, tratti da *Rerum rusticarum* III. 9,1: Igitur sunt gallinae quae vocantur generum trium: villaticae et rusticae et Africanas. - 9,16: Gallinae rusticae sunt in urbe rarae nec fere nisi mansuetas in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis. - 9,18: Gallinae Africanas sunt grandes, varias, gibberas, quas *meleagridas* appellant Graeci. Haec novissimas in triclinium cenantium introierunt e culina propter fastidium hominum.

<sup>20</sup> L'olandese è una lingua germanica occidentale parlata in Olanda e derivata dai dialetti del basso germanico dei Franchi e dei Sassoni. Fino al 1600 anche le parole in olandese erano dette germaniche, in quanto con germanico - o tedesco\* - si indicava tutto ciò che non era latino. Per cui in questo caso è corretto tradurre *Germanice* con "in olandese" anziché con "in tedesco", in quanto *kriel* è un vocabolo prettamente olandese mentre il suo equivalente tedesco è *zwerger*. - L'input per questa precisazione mi è giunto grazie all'acume del Dr Stefano Bergamo che da alcuni lustri respira aria olandese e magari ogni tanto si abbuffa di patatine *kriel*. Infatti così mi ha precisato in una e-mail del 2 maggio 2006: "Kriel indica la nanezza in genere, si usa anche per le patatine rotonde che si consumano piccolissime (dimensioni max come una ciliegia)."

<sup>21</sup> *De re rustica* VIII,2,14: Pumileas aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat.

<sup>22</sup> *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos traverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

Apud TANAGRAEOS duo genera gallorum sunt, hi machimi, (id est pugnaces, vel praeliares, ut Hermolaus) vocantur, alii cossyphi. Cossyphi magnitudine LYDAS gallinas aequant, colore similes corvis (coracino, hinc cossyphi nimirum dicti quod merularum instar atrii coloris sint:) barbam et cristam habent instar anemones, (calcaria et apex {anemona} <anemones> floris macula<e><sup>23</sup> modo rubent, Hermol.) Candida item signa exigua in rostro supremo et caudae extremitate, Pausanias in Boeoticis<sup>24</sup> interprete Loeschero. Ad pugillatum atque praelia, Graeci e Boeotia Tanagricas, item RHODIAS, (ut Athenaeus, Columella, Martialis,) nec minus CHALCIDICAS et MEDICAS probavere. quidam ALEXANDRINAS in Aegypto, Hermolaus. Tanagrici, Medici et Chalcidici, sine dubio sunt pulchri, et ad praeliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores, Varro<sup>25</sup>.

among these, not present in other species of birds, but those with spurs are infrequently fertile and their brooding is harmful to eggs, Pliny.

Among the inhabitants of Tanagra\* there are two kinds of roosters, the former are called *machimi* (that is warlike or for fighting, as Ermolao Barbaro\* translates), the latter are called *cossyphi*\* - blackbirds. The *cossyphi* equal in size the hens of Lydia\*, in color they are similar to the crows (corvine colored, that is why clearly are said *cossyphi* being dark colored as the blackbirds are): they have the beard - wattles\* - and the comb like the anemone\* (Ermolao gives: the spurs and the comb glow red as a stain of anemone's flower). Similarly introduces some small white marks at the tip of the beak and at the extremity of the tail, Pausanias\*, in *Boeotia*, translated by Abraham Löschner\*. The Greeks appreciated for clash and cockfighting the chickens of Tanagra in Boeotia\*, as those from Rhodes\* (as Athenaeus, Columella, Martial\*), as well as those of Chalcis\* and Media. Some those of Alexandria in Egypt\*, Ermolao. The chickens of Tanagra, Media and Chalcis are without doubt beautiful and very skilled in fighting each other, but rather unproductive regarding offspring, Varro.

Page 381

Tanagrici plerunque Rhodiis et Medicis amplitudine pares, non multum moribus a [381] vernaculis distant, sicut et Chalcidici, Columella<sup>26</sup>: cum paulo ante dixisset Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque gallos nimis salaces, nec foecundas esse gallinas. Et rursus<sup>27</sup>, Deliaci (scriptores<sup>28</sup>)

Those of Tanagra\* mostly match in size those of Rhodes\* and Media\*, and for behavior they are not very different from ours, as those of Chalcis\*, Columella\*: while a little before he said that of the breed of Rhodes or Media because of weight neither the roosters are excessively lustful nor hens are prolific. And again, Those of Delos\* (~~writers~~ breeders) since

<sup>23</sup> Se vogliamo attribuire a *modo* il significato di "come" - essendo ablativo di *modus* - allora *modo* regge il genitivo. Se accettiamo *macula* invece di un genitivo *maculae*, allora *modo* va tradotto con "appena" essendo un avverbio. Si opta per la prima soluzione per ovvi motivi cromatici e sintattici, anche se il testo originale di Ermolao Barbaro riporta sia *anemona* che *macula*. - *Corollarium in Dioscoridem* (1516): CCLIII GALLINACEUS - [...] calcaria & apex anemona floris macula modo rubent. [...]

<sup>24</sup> *Periegesi della Grecia* IX, Beozia, 22. 4. "Here [in Tanagra] there are two breeds of cocks, the fighters and the blackbirds, as they are called. The size of these blackbirds is the same as that of the Lydian birds, but in colour they are like crows [like a crow - *kóráki* = to a crow], while wattles and comb are very like the anemone. They have small, white markings on the end of the beak and at the end of the tail." (translation by W.H.S. Jones) - "Qui [a Tanagra] ci sono due razze di galli, i combattenti e i merli, come sono chiamati. Le dimensioni di questi merli sono le stesse di quelle degli uccelli [dei polli, delle galline] della Lidia, ma nel colore essi sono simili a un corvo [*kóráki*], mentre i bargigli e la cresta sono molto simili all'anemone; essi posseggono dei piccoli segni bianchi sulla punta del becco e all'estremità della coda." (traduzione Elio Corti) - "Ἔστι δὲ καὶ γένη δύο ἐνταῦθα ἀλεκτρούων, οἱ τε μάχιμοι καὶ οἱ κόσσυφοὶ καλούμενοι. Τούτων τῶν κοσσύφων μέγεθος μὲν κατὰ τοὺς Λυδοὺς ἐστὶν ὄρνιθας, χροὰ δὲ ἐμπερὴς κόρακι, κάλλια δὲ καὶ ὁ λόφος κατὰ ἀνεμώνην μάλιστα: λευκὰ δὲ σημεῖα οὐ μεγάλα ἐπὶ τε ἄκρῳ τῷ ῥάμφει καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐρᾶς."

<sup>25</sup> *Rerum rusticarum*, III,9,6 Nec tamen sequendum in seminio legendo Tanagricos et Melicos et Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri et ad proliandum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt steriliores.

<sup>26</sup> *De Re Rustica*, VIII: (2,12) Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiciunt, ut ab his excusi pulli nutrantur. (2,13) Tanagrici plerumque Rhodiis et Medicis amplitudine pares non multum moribus a vernaculis distant, sicut et Chalcidici. Omnium tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus nostrates ediderunt, et salacitatem fecunditatemque vernaculam retinent.

<sup>27</sup> *De Re Rustica*, VIII,2,4: Huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. Sed et hi, quoniam procera corpora et animos ad proelia pertinacis requirebant,



quoniam procera corpora et animos ad praelia pertinace {i}s requirebant, praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur. Ex gallinaceis quidam ad bella tantum et praelia assidua nascuntur, quibus etiam patrias nobilitarunt Rhodum {ac} <aut> Tanagram. Secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis, ut plane dignae aliti tantum honoris {praebeat} <perhibeat> Romana purpura, Plinius<sup>29</sup>.

Κολοίφρυξ (Varinus habet κολοίβρυξ per β.) gallus Tanagraeus, et mons Boeotiae, Hesych.<sup>30</sup> Κολοκτρυών<sup>31</sup>, ἀπὸ τοῦ κολονοῦ ἀλεκτρούονος μεγάλου γέγονεν, Iidem. Κολεκτρυών, γένος τι Περσικόν {ἀπτιλέβοις} <ἀπτελέβοις> ὅμοιον ἐστὶ, Suidas. Sed videntur in hisce Graecis quaedam corrupta. Ταναγραῖοι ἀλεκτορίσκοι id est Tanagraei gallinacei, pugnaces et animosi (θυμικοί) sunt instar hominum, Suidas: qui et haec Babrii verba citat, Ἀλεκτορίδων ἦν μάχη Ταναγραίων, οἷς φασιν εἶναι θυμὸν ὥσπερ ἀνθρώποις. et hoc proverbium, Ἀλεκτρυόνα καὶ ἀθλητὴν ταναγραῖον. celebrantur autem (inquit) tanquam generosi. Vide infra inter proverbialia. Χαλκιδικός, genus gallinacei, Hesychius et Varinus. Rhodiae aves foetus suos non commode nutriunt, Columella<sup>32</sup>.

were looking for bodies of tall height and stubborn spirits in fights, they appreciated above all the breeds of Tanagra and Rhodes, as well as those of Chalcis and Media, the latter by incompetent people, mixing up a letter, is said *Melica* - instead of *Medica*. Among chickens some are born only for continuous struggles and fights, thanks to which also made famous their country, Rhodes or Tanagra. The second place has been given to those of Media and Chalcis, so that Roman purpled men hold in so great honor a quite deserving bird, Pliny\*.

*Koloíphryx* (Guarino\* has *koloíbryx* with β) is a rooster of Tanagra and a mountain of Boeotia\*, Hesychius\*. *Koloktryon*, ἀπὸ τοῦ κολονοῦ ἀλεκτρούονος μεγάλου γέγονεν, - *Koloktryon* has taken origin from the greatness of the *kolonoú* of the rooster, the same authors. *Kolektryon*, γένος τι Περσικόν ἀπτιλέβοις, - *Kolektryon* is a Persian genus similar to the locusts, lexicon Suidas\*. But it seems that some of these Greek terms are corrupted. *Tanagraíoi alektorískoi*, that is, the roosters of Tanagra, are pugnacious and brave (*thymikoí*) as human beings, lexicon Suidas: which also quotes these words of Babrios\*: *Alektorídon ên máchê Tanagraíon, hoís phasin eínai thymòn hosper anthrópois*. - Lo the fight of the roosters of Tanagra, and they say that they are brave as the men are. And quotes this proverb: *Alektryóna kaì athlētèn tanagraíon* - The rooster and the athlete of Tanagra. In fact - says - they are praised as of good race. See more ahead within the proverbs - page 410. *Chalkidikós*, is a breed of roosters, Hesychius and Guarino. The hens of Rhodes don't fairly take care of

---

praecipue Tanagricum genus et Rhodium probabant, nec minus Chalcidicum et Medicum, quod ab imperito vulgo littera mutata Melicum appellatur.

<sup>28</sup> Gessner cade in un incomprensibile errore nonché illazione in cui non cade a pagina 386\*. Infatti *quelli di Delo* non erano scrittori, bensì allevatori. La fortuna e la fama degli abitanti di Delo come allevatori di polli ci è confermata da Varrone, Plinio e Columella, nonché da Cicerone. Varrone *Rerum rusticarum*, III,9,2: Gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, ut factitaverunt Deliaci, haec quinque maxime animadvertant oportet;[...] - Plinio *Naturalis historia* X,139: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. - Columella *De Re Rustica*, VIII,2,4: Huius igitur villatici generis non spernendus est redditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique Graecorum et praecipue celebravere Deliaci. - Cicerone *Academica* II,57: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.

<sup>29</sup> *Naturalis historia* X,48: Iam ex his quidam ad bella tantum et proelia adsidua nascuntur - quibus etiam patrias nobilitarunt, Rhodum aut Tanagram; secundus est honos habitus Melicis et Chalcidicis -, ut plane dignae aliti tantum honoris perhibeat Romana purpura.

<sup>30</sup> Hesychius' lexicographical work is edited by M. Schmidt (Jena, 1858-61), in two volumes; by Kurt Latte, new edition, I (1953) at Copenhagen. Varinus (Favorinus, Phavorinus), bishop of Nocera Camelana [Corti: today Nocera Umbra (PG), the old *Nuceria Camellaria*], published his Greek lexicon at Rome, 1523. Its Greek title can be translated thus: *The Large and Very Helpful Lexicon Which Garinos Phavorinus Kamers... Collected from Many Different Books and Set Down Alphabetically; at the Press of Zacharios Kalliergos*. There is an edition by J. Camerarius (Basle, 1538-41), and another by A. Bortoli, (Venice, 1712). (Lind, 1963)

<sup>31</sup> In Hesych., supposed to be based on an ancient error in MS. Ravenn. of Ar. Ran. 935, for κἀλεκτρυόνα. (D'Arcy W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, 1966 (1895))

<sup>32</sup> *De Re Rustica*, VIII,2,12: Talibus autem maribus quinae singulis feminae comparantur. Nam Rhodii generis aut Medici propter gravitatem neque patres nimis salaces nec fecundae matres, quae tamen ternae singulis maritantur. Et cum pauca ova posuerunt, inertes ad incubandum multoque magis ad excludendum, raro fetus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt ova generosarum, vulgaribus gallinis subiciunt, ut ab his excusi pulli nutriantur. - 11,11: Neque est quod committatur ut Rhodiaceae aves pavoninis incubent, quae ne suos quidem fetus commode nutriunt. Sed veteres maximae quaeque gallinae vernaculi generis eligantur, [...]

their chicks, Columella.

Antiqui ut Thetin Thelin dicebant, sic Medicam Melicam vocabant. Hae primo dicebantur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatae, quaeque ex his generatae<, > postea propter similitudinem <amplae omnes>, Varro<sup>33</sup> et Festus. Turnerus Gallum Medicum interpretatur Anglice a bauncok, vel a cok of kynde. Medicae, generi villatico adscribuntur, propter magnitudinem in Italiam translatae. cuiusmodi Patavinae modo sunt, Pulverariae cognominatae a vico, ubi grandissimae ac spectabiles maxime nascuntur: quas Turcarum rex, is qui Constantinopolim aetate nostra coepit vi, muneris magni loco a senatu missas habuit, Hermolaus<sup>34</sup>. Patavinae saginatae libras sedecim pondere exuperant, Grapaldus. Quidam Germanice circumscribentes interpretantur, groß Welsch hennen, id est grandes Italicas gallinas. Nos tales habemus gallinaceos, altis cruribus, absque cauda. Grande genus gallinaceorum, quod pedibus ad pectus usque sublatis incedit, plumis ex auro fulvis, patrum memoria in Germaniam ex proximis provinciis advectum est. Videntur autem Medici. quanquam non Media modo, verum Boeotiae civitas Tanagra et Rhodus Chalcisque insulae insignes corpore suffecerunt. unde istos vel Medicos vel Tanagricos vel Rhodios vel Chalcidicos appellare licebit. Vulgus Longobardicos nuncupat. pauci a villicis educantur quod parum foecundi sint, Gyb. Longolius. Gallinaceos (ἀλεκτρούνας, pro toto genere) aiunt in Perside primum natos, atque inde alio deportatos esse, Menodotus Samius apud Athenaeum<sup>35</sup>. Aves Persicas vocabant aves Ecbatanis (advectas) propter raritatem

Ancients, as pronounced *Thetis* as *Thelis* - 'Thetis\*', in the same way they called *Melica* the hen of Media. These hens were formerly so called since because of their size were imported from Media, as well as those by them procreated; then for analogy all the corpulent ones, Varro\* and Festus\*. William Turner\* translates the rooster of the Media into English with a *bauncok*, or a *cok of kynde*. The hens of Media are counted as courtyard breeds, taken in Italy because of their heavy build. Of this kind are only those of Padua\*, called of Polverara\* from a village where they become of huge size and of very beautiful look: the 'Turks' king, that who in our times conquered Constantinople with force - Mohammed II\*, received them as rich tribute sent him by the senate - Venetian, Ermolao Barbaro\*. Paduan hens fattened up overcome in weight 16 pounds - around 6 kgs and a half, Francesco Mario Grapaldi\*. Some defining them in German translate them with *groß Welsch\* hennen*, that is big Italian hens. We possess such chickens with long legs and without tail. A great breed of chickens, which walks with the feet lifted up to the breast, with yellow gold feathers, that, according to the memory of the ancestors, has been brought in Germany from near provinces. Indeed they seem look like chickens of Media, even if not only the Media, but also the city of Tanagra in Boeotia and the islands of Rhodes and Chalcis supplied specimens of outstanding size, that's why it will be allowed to call these subjects or of Media, or of Tanagra, or of Rhodes, or of Chalcis. The common people calls them Lombard\*. By farmers they are bred in small number since they would be not much fertile, Gisbert Longolius\*. They say that chickens (*alektryónas*, meaning the whole genus) had origin in Persis\* and that hence they have been brought elsewhere, Menodotus of Samos\* in Athenaeus\*. They called Persian birds the birds imported from Ecbatana\* because of their uncommonness, the scholiastes\* of Aristophanes\* in

<sup>33</sup> *Rerum rusticarum* III,9,19-20: Veneunt propter penuriam magno. De tribus generibus gallinae saginantur maxime villaticae. Eas includunt in locum tepidum et angustum et tenebricosum, quod motus earum et lux pinguitudinis vindicta, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellant falso, quod antiqui, ut Thetim Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant. Hae primo dicebantur, quae ex Media propter magnitudinem erant allatae quaeque ex iis generatae, [20] postea propter similitudinem amplae omnes.

<sup>34</sup> *Corollarium in Dioscoridem* (1516) GALLINACEUS CCLIII - Nam medicae a media quasi medicae generi villatico ascriptae sunt: propter magnitudinem in Italiam translatae: cuiusmodi Patavinae modo sunt: Pulverariae cognominatae a vico ubi grandissimae, ac spectabiles maxime nascuntur: quas Turcarum rex is: qui Constantinopolim aetate nostra coepit: vi muneris magni loco a senatu missas habuit.

<sup>35</sup> *Deipnosophistai* XIV,70,655a: Μηνόδοτος δ'ὁ Σάμιος ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας φησὶν· 'οἱ ταοὶ ἱεροὶ εἰσι τῆς Ἥρας. καὶ μήποτε πρώτιστοι καὶ ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν ἐν Σάμῳ καὶ ἐντεύθεν εἰς τοὺς ἔξω τόπους διεδόθησαν, ὡς καὶ οἱ ἀλεκτρούνες ἐν τῇ Περσίδι καὶ αἱ καλούμεναι μελεαγρίδες ἐν τῇ Αἰτωλίᾳ.' - Menodoto di Samo nel trattato relativo alle cose che riguardano il tempio di Era di Samo dice: "I pavoni sono consacrati a Era. E forse i primi fra tutti ebbero origine e furono allevati in Samo e da qui si diffusero all'estero, come anche i galli in Perside e le cosiddette meleagridi in Etolia." (traduzione di Elio Corti, 2007) - Menodotus the Samian also, in his treatise *On the Treasures in the Temple of the Samian Hera*, says: "The peacocks are sacred to Hera; and perhaps Samos may be the place where they were first produced and reared, and from thence it was that they were scattered abroad over foreign countries, in the same way as cocks were originally produced in Persia, and the birds called guinea-fowl (μελεαγρίδες) in Aetolia." (translated by C.D.Yonge, 1854)

Ecbatanis (advectas) propter raritatem, Scholiastes Aristophanis in Aves. dubitat autem an avis ulla proprie Μῆδος dicatur. nam poeta illic<sup>36</sup> avem quandam (cristatam) peregrinam Μῆδον nominârat. Et rursus in eadem fabula<sup>37</sup>, sub Eropis persona, Ὅρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ, | Ὅσπερ λέγεται δεινότατον εἶναι πανταχοῦ | Ἄρεως νεοτὸς, de gallinaceo ut plerique interpretantur. Varinus etiam avem Persicam gallum exponit: Suidas avem Medicam, pavonem. Quin et gallum aliquando Persis imperasse Comicus<sup>38</sup> fabulatur. Sunt autem Medi Persis finitimi, ut eadem avis ab utrisque denominata sit.

Circa Tarnasari urbem Indiae gallos gallinasque proceriores vidisse memini quam usquam alibi, Ludovicus Patritius.<sup>39</sup> ¶ In Alexandria quae ad Aegyptum spectat, gallinae quaedam habentur monosirae, (ex quibus pugnaces oriuntur galli,) bis ac ter anno incubantes, post absolutionem scilicet pullis ipsis subtractis, seorsumque enutritis, Florentinus. ¶ Arabiae pars austrum versus contra Aethiopiam assurgens<sup>40</sup>, avium omnium copia abundat praeter anseres ac gallinas, Strabo<sup>41</sup>.

Gallinaceo generi soli fidipedum<sup>42</sup> altitium colores diversi, nam et aliae huius generis alites aliis coloribus visuntur, et in singulis vel color unus per omne corpus, vel varii. A gallo

the commentary of *Birds*. Really he doubts that some bird is correctly called *Median*. In fact the poet in this work would have called *Median* an exotic bird (tufted). And again, as many people are thinking, in the same comedy he is referring himself to the rooster in the role of the character of the Hoopoe, Ὅρνις ἀφ' ἡμῶν τοῦ γένους τοῦ Περσικοῦ, | Ὅσπερ λέγεται δεινότατον εἶναι πανταχοῦ Ἄρεως νεοτὸς, - A bird among you of Persian genus, that which anywhere is said to be the most terrible birdie of Ares\*. Also Guarino\* translates Persian bird as rooster: the lexicon Suidas as bird of Media, peacock. The comic poet tells fabulous tales that once also a rooster reigned on Persians. Indeed Medians border Persians, so that the same bird would have been named from both people.

I remember to have seen in neighborhood of a city of the region of Tarnasari\* in India roosters and hens greater than anywhere, Lodovico de Varthema\*. ¶ In Alexandria\*, that belonging to Egypt, there are certain monosir\* hens (from which are hatching some fighting roosters), and the former are brooding two and three times per year, after they have been freed, that is, after the chicks have been taken away from them, being the chicks bred separately, Florentinus\*. ¶ The part of Arabia facing the wind Austro\* - facing south - and raising opposite to Ethiopia, has in abundance birds of every kind except geese and hens, Strabo\*.

Only the gallinaceous genus among birds to be fatten up with cloven foot has different colors, in fact birds of this species can also be seen with different colors and, in single subjects, or only a color on the whole body or

<sup>36</sup> *Gli uccelli* 277: ὄνομα τοῦτῳ Μῆδος ἐστὶ. (D'Arcy W. Thompson, *A Glossary of Greek Birds*, 1966 (1895)) - UPUPA (BUBBOLA): E anch'ei si trova sopra un suolo a lui straniero! - PISTETERO (GABBACOMPAGNO): E chi è? - UPUPA: L'Augel profeta! - PISTETERO: Oh, com'è spocchioso e strano! [277] UPUPA: E si chiama Uccello Medo. - EVELPIDE (SPERABENE): Medo! Oh Ercole sovrano! Come mai senza cammello qui volò, se proprio è Medo? - PISTETERO: A noi viene un altro uccello con la cresta. (traduzione di Ettore Romagnoli)

<sup>37</sup> *Gli uccelli*: PISTETERO (GABBACOMPAGNO): Uno dei vostri, qui, l'uccel persiano. | Dicono dappertutto, ch'egli è d'Ares | terribile rampollo! (traduzione di Ettore Romagnoli) - Il personaggio dell'Upupa - tradotto da Ettore Romagnoli in BUBBOLA - nasconde Tereo che, secondo il mito, era in origine un uomo - mitico re di Tracia, uno dei figli di Ares - trasformato da Zeus per punizione in un uccello insieme alla regina, sua moglie Procne; la colpa di Tereo era l'averla tradita con la sorella di lei e, per vendetta, Procne gli aveva servito come cibo la carne del loro figlio.

<sup>38</sup> *Gli uccelli*: PISTETERO (GABBACOMPAGNO): Che uccelli, e non già Numi fūr negli antichi tempi | padroni e re degli uomini, lo provan molti esempi. | Per cominciare, il gallo regnava in Persia, pria | dei Darī e i Megabazi tutti: quindi venia | chiamato Uccel di Persia. (traduzione di Ettore Romagnoli)

<sup>39</sup> La notizia, con aggiunte, viene ripetuta a pagina 387.

<sup>40</sup> L'area geografica - secondo Nicola Biffi - corrisponderebbe al territorio dell'Arabia che si estende a sud di Najrân, fra la valle del Wâdi Bayhân e l'angolo sudovest dello Yemen\*, chiuso dal Golfo di Aden e dal Mar Rosso.

<sup>41</sup> *Geografia* XVI,4,2: Τὰ δ'ἄσχατα πρὸς τὸν νότον καὶ ἀνταίροντα τῇ Αἰθιοπία βρέχεται τε θερινοῖς ὄμβροις καὶ διαπορεῖται παραπλησίως τῇ Ἰνδικῇ, ποταμοὺς δ'ἔχει καταναλισκομένους εἰς πεδιά καὶ λίμνας, εὐκαρπία δ'ἔστιν ἢ τε ἄλλη καὶ μελιτουργεῖα δαφυλῆ, βοσκημάτων τε ἀφθονία πλὴν ἵππων καὶ ἡμιόνων καὶ ὄων, ὄρνεά τε παντοῖα πλὴν χηνῶν καὶ ἀλεκτοριδῶν. - L'estrema parte meridionale è dirimpettaia all'Etiopia ed è soggetta alle piogge estive; consente due raccolti all'anno, come l'India. Vi scorrono dei fiumi che si dissipano nella pianura o nei laghi. Qui la produzione agricola, fra cui anche quella del miele, è generalmente buona; c'è abbondanza di bestie da pascolo, eccetto i cavalli, i muli e i maiali, e vi sono volatili di ogni specie, eccetto le oche e le galline. (testo e traduzione a cura di Nicola Biffi, *Il Medio Oriente di Strabone*, Edipuglia, Bari, 2002)

<sup>42</sup> L'aggettivo *fidipes* non è attestato nei lessici, ma esiste *fissipes* usato da Ausonio\* in *Epistulae* 5,3: Tertia fissipedes renovavit Luna iuvenas, - 7,49: Nec iam fissipedis per calami vias. - Secondo noi *fidipedum* può essere accettato, in quanto la sua radice risale comunque al verbo *find-o* (*fid-i, fess-um*), *ère*.

candido abstineas. vide inter proverbia in h. ¶ Gallinacei habent ossium consistentiam laxam, cavam et levem, Galenus undecimo de usu partium.<sup>43</sup> ¶ Quaecunque aves pennas duras habent, fortes sunt, ut coturnices, galli, Aristot. in Physiognom.<sup>44</sup>

In rationis expertibus mari praerogativum honorem atque praestantiam quandam natura largita est. serpens cristatus est: gallus item formae excellentia illustratur, Aelian.<sup>45</sup> Gallus est avis faucibus et capite cristata, Obscurus de nat. rerum. Solus inter aves peculiarem sibi cristam sortitus est, sic institutam ut ne caro sit, nec a natura carnis omnino aliena, Aristot.<sup>46</sup> Spectatissimum insigne gallinaceis, corporeum, serratum: nec carnem {id} <ita> esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixerimus, verum peculiare, Plinius<sup>47</sup>. Gallinae {plicabilis} <plicatilis><sup>48</sup> crista per medium caput, gallinaceo erecta, Perottus. Magi in febrium medicina utuntur gallinaceorum cristis, auribus, unguibus, <si luna> et radiis (alias rasis) barbibus eorum, ut Plinius prodidit<sup>49</sup>. Gallinaceus cristam habet rubram: carnem quae rostrum cingit undique, mentum quidam vocant, Columella etiam genam<sup>50</sup>. Membranosa cutis quae sub mento et collo dependet utrinque paleae (tanquam palearia, Beroaldus in Columellam) dicuntur. at plumae longiores quae collum et cervicem undique cingunt, quasque pugnaturi et irati etiam

different colors. Keep far-away from a white rooster. See among the proverbs in the paragraph H. ¶ Chickens have a fragile bones' structure, hollow and light, Galen\* in the book XI of *De usu partium corporis humani*. ¶ All the birds endowed with hard feathers are strong, as quails\*, roosters, Aristotle\* in *Physiognomonica*.

Among the animals devoid of intelligence the nature bestowed on the male a preferential honor and a certain superiority. The snake is endowed with a tuft\*: likewise the rooster is adorned by the excellence of the look, Aelian\*. The rooster is a bird with the mouth and the head endowed with a comb, an unknown author who wrote of natural things. He only among birds has been blessed with a comb which is peculiar to him, so made up that it is neither flesh, nor entirely extraneous to the structure of the flesh, Aristotle. Nature has given the most notable ornament to roosters, fleshy, indented; and we can't rightly say that it is flesh or cartilage or a callosity, but something peculiar, Pliny\*. The hen has a flexible comb at the center of the head, the rooster has it upright, Nicolò Perotto\*. The quacks in antipyretic therapy use the combs of the roosters, earlobes, toenails, if there is the moon also spurs and wattles (or, cut wattles), as Pliny handed down. The rooster has a red comb: some calls chin the flesh surrounding the whole beak, Columella calls it also cheek. That membranaceous skin, which from both sides hangs under the chin and the neck, is named wattles (as if they were dewlaps, Filippo Beroaldo the Elder\* in the commentary of Columella): but the longest feathers surrounding neck and nape, and which they lift up

<sup>43</sup> Per motivi di uniformità i titoli delle opere di Galeno corrispondono a quelli elencati da Marzia Mortarino in: *Galeno - Sulle facoltà naturali* (Mondadori, 1996).

<sup>44</sup> Pseudo Aristotele *Fisiognomica* 806b: È possibile osservare questo stesso anche tra gli uccelli, giacché in generale quanti hanno la ali dure sono coraggiosi, quanti le hanno morbide, pavidì e in particolare è possibile osservare questo stesso anche tra le quaglie e i galli. (traduzione di Giampiera Raina, BUR, 1993).

<sup>45</sup> Gessner non annota a quale brano delle opere di Eliano sta facendo riferimento. Dovrebbe senz'altro trattarsi di *La natura degli animali* XI,26, (A quanto sembra, anche tra gli animali la natura ha favorito quelli di genere maschile. Ad esempio il drago (*drákon*) di sesso maschile ha il ciuffo (*lóphon*) e la barba (*ypññn*), anche il gallo ha la cresta (*lóphon*) e i bargigli (*kállaiá*); il cervo ha le corna, il leone la criniera e la cicala il canto.) per la cui analisi si rimanda alla voce *serpente con il ciuffo*\* del lessico. Si tratta comunque di una citazione errata la cui fonte non viene precisata da Gessner, salvo che l'interpretazione del passo di Eliano sia un frutto totalmente suo, ma ne dubito. A mio avviso ha fatto un download senza controllare.

<sup>46</sup> *Historia animalium* II,12,504b: Inoltre certi uccelli presentano una cresta, che normalmente consiste di piume erette; unica eccezione il gallo, che ha una cresta particolare, formata non proprio di carne ma di qualcosa non molto dissimile dalla carne. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>47</sup> *Naturalis historia* XI,122: Diximus et cui plicatilem cristam dedisset natura. Per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit, cirros pico quoque Martio et grui Balearicae, sed spectatissimum insigne gallinaceis, corporeum, serratum; nec carnem ita esse nec cartilaginem nec callum iure dixerimus, verum peculiare datum.

<sup>48</sup> Nicolò Perotto, sulla scia di Plinio, potrebbe aver usato *plicabilis* anziché *plicatilis*.

<sup>49</sup> *Naturalis historia* XXX,95-97: Bubonis quidem oculorum cinerem inter ea, quibus prodigiose vitam ludificantur, acceperim, praecipueque febrium medicina placitis eorum renuntiat. [96] Namque et in duodecim signa digessere eam sole transmeante iterumque luna, quod totum abdicandum paucis e pluribus edocebo, siquidem crematis tritisque cum oleo perungunt iubent aegros, cum geminos transeat sol, cristis et auribus et unguibus gallinaceorum; [97] si luna, radiis barbisque eorum; si virginem alteruter, hordei granis; si sagittarium, vespertilionibus alis; si leonem luna, tamaricis fronde, et adiciunt sativae; si aquarium, e buxo carbonibus tritis. Ex istis confessa aut certe verisimilia ponemus, sicuti lethargum olfactoriis excitari et inter ea fortassis mustelae testiculis inveteratis aut iocinere usto. His quoque pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utile.

<sup>50</sup> *De re rustica* VIII,5,22: Nam si pituita circumvenit oculos et iam cibos avis respuit, ferro rescinduntur genae, et coacta sub oculis sanies omnis exprimitur.

explicant, iubas Columellam<sup>51</sup> nuncupasse video. Sub his prominet ceu aqualiculus, omnibus tamen avibus communis: id primum ciborum receptaculum est, quod a Graecis stómachos dicitur, Gybertus Longolius. Pavo Indicus neque genis praeditus est, Idem. Mentum vocant quae gallinarum rostris adiacet carnem, Caelius. Grammatici quidam paleam exponunt cartilaginem defluam a collo galli gallinacei. Paleae ex rutilo albicantes, quae velut incanae barbae dependent, Columella de gallinaceo<sup>52</sup>.

when about to fight and also when angered, I realize that Columella called them *iubae* - manes. Under these hackle's feathers is sticking out like a small container, which nevertheless is usual in all birds: this is the first receptacle of foods, called *stómachos* by Greeks, Gisbert Longolius. The Indian peacock - *Pavo cristatus* - is not even endowed with cheeks, still Longolius. They call chin that flesh adjacent to the beaks of hens, Lodovico Ricchieri\*. Some grammarians mean as wattle the thick flesh hanging from the neck of the rooster. Red wattles suffused of white, hanging as beards of elderly persons, Columella apropos of the rooster.

Page 382

[382] Galea pro palea apud Columellam in Meleagridis mentione legi conijcio<sup>53</sup>. Similiter et in bobus palearia dicimus, quae a collo et pectore dependent. Gaza apud Aristotelem κάλλαιον, τὸ, cristam vertit: melius barbam redditurus vel paleas. Videntur autem callaea dicta ob purpureum colorem et floridum, nam κάλλη Graeci appellant floridos colores, τὰ {αἴθη} <ἀνθη><sup>54</sup> τῶν βαμμάτων, ut Ammonius<sup>55</sup> de differentiis vocum interpretatur: et ibidem κάλλαια, τοὺς τῶν ἀλεκτρούων πώγωνας. Et forsitan Latina vox paleae a Graecis deducta est, κ. in π. mutato, et lambda uno exempto. Plura de hac voce leges infra in H. b. item de partibus gallinacei in E. ubi ex rei rusticae scriptoribus de huius altilis electione agetur. Οἱ τὴν ῥῖνα ἔγκοilon ἔχοντες τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ, τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρούνας, Aristot. in Physiognom.<sup>56</sup> hoc est, ut innominatus quidam transfert: Quicumque nasum concavum habent, et frontem rotundam, et sursum eminens rotundum, luxuriosi, refertur ad gallos. Adamantius nihil tale habet. ¶ Qui oculos splendidos habent, libidinosi sunt, gallinaceorum instar, Ibidem<sup>57</sup>. ¶

I think that in Columella\*, when Guinea fowl\* is mentioned, instead of *palea* - wattle - *galea* is to be read - helmet. Likewise also in oxen we call dewlaps those dangling from neck and breast. Theodore Gaza\* in Aristotle\* translates τὸ κάλλαιον with comb\*: he would have better rendered it with beard or wattles. Really it seems that they have been called *callaea* because of purple and shining color, for Greeks call *kállē* - the beauties - the bright colors, τὰ ἀνθη τῶν βαμμάτων - the shines of the hues, as Ammonius of Alexandria\* is interpreting in *De similibus & differentibus dictionibus*: and in the same treatise he gives *kállaiα, τοὺς τῶν ἀλεκτρούων πώγωνας* - the wattles, the beards of the roosters. And perhaps the Latin word *paleae* has been drawn from Greeks by changing κ into π e and removing a λ. A lot of things you can read about this word in paragraph H.b., as well as in paragraph E concerning the parts of the chickens when dealing with the choice of this farming bird and drawing data from agriculture's writers. *Oi tēn rīna énkoilon échontes τὰ πρὸ τοῦ μετώπου περιφερῆ, τὴν δὲ περιφέρειαν ἄνω ἀνεστηκυῖαν, λάγνοι, ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς ἀλεκτρούνας*, Aristotle in *Physiognomonica*, that is, as an anonymous translates: All those having a concave nose and a round front, and a rounded head's top, they are lustful, the allusion is to roosters. Adamantius\* doesn't report anything of this kind. ¶ Those having shining eyes are libidinous, as the roosters, the same authors. ¶ The testicles of the roosters at mating time become larger in comparison

<sup>51</sup> *De re rustica* VIII,2,9: [...] iubae deinde variae vel ex auro flavae, per colla cervicesque in umeros diffusae.

<sup>52</sup> *De re rustica* VIII,2,9.

<sup>53</sup> Gessner ha ragione. Qualche amanuense deve aver trascritto *galeam* invece di *paleamr*. Columella *De re rustica* VIII,2,2: Africana est quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam et cristam capite gerit, quae utraque sunt in Meleagride caeruleae.

<sup>54</sup> A pagina 405 viene riportato: Καλλαιάνθη πορφυρᾶ, Hesychius et Varinus. legendum forte, Κάλλη, ἄνθη πορφυρᾶ. nam κάλλη vocant floridos colores, τὰ ἄνθη τῶν βαμμάτων, {Hesych.} <Ammonius>.

<sup>55</sup> *De similibus & differentibus dictionibus*. - *On the Similarities and Differences of Words* (ed. by L. C. Valckenaer, sec. ed., Leipzig, 1822). (Lind, 1963)

<sup>56</sup> Pseudo Aristotele *Physiognomonica* 811a.

<sup>57</sup> Nella *Fisiognomica* dello Pseudo Aristotele l'equivalenza occhi splendenti = libidinoso si trova in 812b: Invece chi ha gli occhi lucidi (*stīlponōis*) è lussurioso: si vedano i galli e i corvi. - Nel *De physiognomonia liber* dell'Anonimo Latino risultano segni di libidine gli occhi statici e rossicci (§22: Oculi stantes subrubentes libidinosum et voracem denuntiant.), quelli scuri e vivaci che scrutano in tutte

Gallinaceorum testes tempore coitus, grandiores fiunt quam aliarum avium, ob salacitatem, Aristot. Coturnix testes sub iecore habet ut gallinacei, Alexander Myndius apud Athenaeum<sup>58</sup>. ¶ Gallinaceo ingluvies praeposita ventriculo est, Aristot.<sup>59</sup> Aves quaedam geminos sinus habent: unum quo merguntur recentia, ut guttur: alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata, ut gallinae, columbae, etc. Plinius<sup>60</sup>. Cato<sup>61</sup> cap. {29.} <89.> gulam pro ingluvie dixit. Πρόλοβος avium est ingluvies, quae ab aliquibus φύσσα dicitur, et inest omnibus gallinaceis, Suidas. ¶ Iecur gallinae fissum est ab uno extremo in alterum, Albertus. Ad imum intestinum appendices paucas habet, Aristot. ¶ Aves non volaces, ut pavones, gallinae, uropygium (id est caudam pennis conditam) ineptum habent, (non aptum flecti qua parte cum cute coalescit), Aristot. Gallus pennas in cauda instar semicirculi curvat, et similiter in collo et dorso, Albertus.<sup>62</sup> In sublime caudam falcitam erigit, Plinius.<sup>63</sup> ¶ Calcar cum habeant mares, foeminae magna ex parte non habent, Aristot. Et rursus<sup>64</sup>, Gallinae cum mares vicerint, cucur<r>iunt. crista etiam eis

with those of other birds, because of sexual excitement, Aristotle. The quail\* has the testicles under the liver as the roosters, Alexander of Mindos\* in Athenaeus\*. ¶ In the rooster the crop is located before the stomach, Aristotle. Some birds have two cavities: one in which are introduced just eaten things, as the crop, the other in which they expel them from such cavity when the digestion is done: as hens, pigeons etc., Pliny\*. Cato\* in the chapter 89 said throat in place of ingluvies - crop. The *prólobos* is the crop of the birds, called *phýssa* by some people, and is present in all chickens, lexicon Suidas\*. ¶ The liver of the hen appear divided from one end to the other, Albertus Magnus\*. The bowel toward the end has few appendices, Aristotle. ¶ Non-flying birds as peacocks, hens, have an uropygial gland\* (that is the extremity hidden by feathers) which has no use (not suited for bending in that point where is joint to the skin), Aristotle. The rooster unfolds the feathers of the tail in a semicircle, and likewise at level of neck and back, Albertus. He lifts upwards the tail bowed like a sickle, Pliny. ¶ While the males have the spur, the females mostly don't have it, Aristotle. And more: The hens, when prevailed over males, do a cock-a-doodle-doo. Their comb and the tail are also rising, so that after it is not easy to distinguish if they are female. Sometimes also small spurs sprout on them. The roosters on legs are armed with dangerous pointed

---

le direzioni (§23: Oculi vagi et circumerrantes et obscuriores intemperantiam libidinis arguunt.), quelli tremolanti e grandi e scuri (§23: Oculi trementes magni cum pererrant, ut supra dictum est, et obscuri sunt, et voracitatem et intemperantiam vini cum intemperantia veneris [...]), gli occhi in continuo fermento (§23: Oculi autem fluctuantes et tamquam in aestu instabiles proni in venerem et voluptatem sunt [...]), e finalmente, ciò che a noi interessa, in §83 viene citato Aristotele: Idem dicit, qui rotundiores oculos splendidosque gerunt, <quos Graeci *stilbontas* dicunt>, insatiabiles esse veneris, ut galli, <quos *alektryónas* Graeci vocant>. La stessa affermazione presente in §83 viene ripetuta in §131: Gallus, qui graece <*alektryon*> dicitur, animal est ineptum, in venerem calidum, speciei ac vocis suae gerens fiduciam magnam. Qui ad huius animalis speciem referuntur ita erunt: oculo rotundo, nitenti, capite parvo [...]. (dati desunti attraverso i testi elaborati e commentati da Giampiera Raina, BUR, 1993) - L'anonimo che ha tradotto il brano di Aristotele circa la fronte rotonda, il naso concavo etc. non è l'Anonimo Latino del *De physiognomoniam liber*.

<sup>58</sup> *Deipnosophistai* IX,47,392c.

<sup>59</sup> *Historia animalium* II,17,508b: Gli uccelli presentano differenze, riguardo alle parti interne, sia fra sé stessi sia rispetto agli altri animali. Alcuni presentano infatti, anteriormente allo stomaco [prima dello stomaco?], un gozzo (così ad esempio il gallo, il colombaccio, il colombo, la pernice): il gozzo è una vasta cavità formata dalla pelle, nella quale si trova il cibo non cotto [prima che sia iniziato il processo digestivo] subito dopo l'ingestione. Nel punto in cui si diparte dall'esofago il gozzo è piuttosto stretto, poi si allarga, e si restringe di nuovo laddove sbocca nello stomaco. Il più degli uccelli hanno lo stomaco carnoso e indurito [stomaco muscolare o ventriglio] che presenta all'interno una pelle robusta, separabile dalla parte carnosa. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>60</sup> *Naturalis historia* XI,200: Aves quoque geminos sinus habent quaedam: unum quo mergunt recentia ut guttur, alterum in quem ex eo dimittunt concoctione maturata, ut gallinae, palumbes, columbae, perdices.

<sup>61</sup> *De agricultura*, 89: Gallinas et anseres sic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient, concludat. Polline vel farina hordeacea consparsa turundas faciat, eas in aquam intingat, in os indat, paulatim cotidie addat; ex gula consideret, quod satis sit. Bis in die farciat et meridie bibere dato; ne plus aqua sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere et bis in die, bis escam.

<sup>62</sup> Aldrovandi a pagina 196 integra questa frase di Alberto Magno con [...]videlicet cum irascitur, aut ad pugnam sese parat.

<sup>63</sup> *Naturalis historia* X,47: Et plebs tamen aequae superba graditur ardua cervice, cristis celsa, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcitam erigens. Itaque terrori sunt etiam leonibus ferarum generosissimis. - Tuttavia anche il popolo, ugualmente superbo, cammina a testa alta, con la cresta eretta, e [il gallo] è il solo fra gli uccelli a guardare spesso il cielo, alzando verso l'alto anche la coda ricurva come una falce. Pertanto incutono terrore anche ai leoni che sono i più coraggiosi tra le fiere.

<sup>64</sup> La notizia sul comportamento delle galline quando hanno sconfitto un maschio proviene da Aristotele *Historia animalium* IX 631b 8.

<sup>65</sup> *Historia animalium* II 504b 7: Certi generi di uccelli hanno poi degli speroni: nessuno però possiede contemporaneamente artigli e speroni. I rapaci, dotati di artigli, fanno parte dei buoni volatori, mentre gli uccelli provvisti di speroni vanno annoverati fra quelli pesanti. (traduzione di Mario Vegetti)

caudaque erigitur, ita, ne facile praeterea sit, an foeminae sint cognoscere. nonnunquam etiam calcaria parva iis enascuntur. Galli spiculis adversis in cruribus armantur. habent et quandoque spicula gallinae: sed hoc errore potius quam opere naturae, Obscurus de nat. rerum. Natura calcar addidit in avium genere iis, quae ob corporis molem sint ad volandum minus idoneae, cuiusmodi sunt galli, Aristot.<sup>65</sup>

Alectorias vocant gemmas in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie, magnitudine fabarum: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri volunt, Plinius 37.10.<sup>66</sup> Ferunt in ventre galli alectorium, id est gallinaceum lapidem. Sed is sarda vel achate fingitur, in quo flammea macula appareat, nam de alectoria vero nihil comperti habeo, Cardanus. Plinius alibi<sup>67</sup> inter remedia calculi, lapillorum meminit qui in gallorum vesica (quasi avis vesicam habeat) reperiantur. Recentiores quidam non ex gallo mare, sed castrato (quem gallinacei nomine imperite intelligunt) hunc lapidem haberi putant: et quidam lingua vernacula interpretatur Kapunenstein/ id est caponis lapidem. Gallus aliquando trimus castratur: tum quinto vel septimo a castratione anno, in iecore eius lapis invenitur alectorius nomine, quem ubi conceperit, non amplius bibit. quare homo etiam lapidem hunc gestans non sitire dicitur, Author de nat. r. et Albertus in historia animalium. Radaim lapidem et donatidem eundem aiunt, qui niger sit et luceat. Ferunt autem cum capita gallorum formicis permittuntur, aliquando post multa tempora in capite maris galli hunc lapidem inveniri. Conferre pollicentur ad rem quamvis impetrandam, Albertus de metallicis 2, 17. Lapis alectorius Dioscoride teste (nihil huiusmodi in nostris exemplaribus Dioscoridis reperitur) invenitur in ventribus gallorum gallinaceorum crystallo similis vel aquae limpidae. Albertus scribit lapidem esse

structures. Sometimes also hens have spurs, but this happens more by error than by deed of nature, an unknown writer on things' nature. Among birds' genus the nature added the spur to those less fitting for flying because of body size, as the roosters are, Aristotle.

They call *alectoriae*\* the stones with crystalline aspect found in the stomach of chickens, big like broad beans\*: they affirm that it seems that Milo of Croton\* used them during fight's competitions and that never he was defeated, Pliny 37,144. They report that in the abdomen of the rooster there is the *alectorius*, that is, the stone of the rooster. But that showing a flaming spot is falsified with the sard\* - or with the cornelian\* - either with the agate\*, in fact to say the truth I have nothing available as certain about the *alectoria*, Gerolamo Cardano\*. Pliny in another point, among remedies for calculosis, makes mention of the stones that would be in the bladder of the roosters (as though a bird had a bladder). Some most recent authors think that this stone can be gotten not from the male rooster, but from the castrated one (whom, with incompetence, they label with the name of rooster): and some in their own language translate it with *Kapunenstein*, that is, stone of capon. Sometimes the rooster is castrated when is three years old: then at a distance of the fifth or seventh year from castration in his liver is found the stone carrying the name of *alectoria*, and when he formed it, he doesn't drink anymore. That's because they say that also the human being carrier of this stone doesn't feel thirst, the author of natural things and Albertus Magnus in the history of animals. They call this same stone *radai* and *donatide*, which would be black and shining. And they report that when the heads of the roosters are left to the ants, sometimes after a lot of time this stone is found in the skull of the male rooster. They assure that it gives the possibility to get anything, Albertus in the treatise of metallurgy 2,17. As Dioscorides\* testifies, the *alectoria* stone similar to a crystal or to clear water (nothing of similar to what Dioscorides says is found in

<sup>66</sup> *Naturalis historia* XXXVII,144: Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie, magnitudine fabae, quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus invictum fuisse videri volunt.

<sup>67</sup> Plinio era ben conscio che gli uccelli non hanno vescica urinaria: *Naturalis historia* XI,208: Infra alvum est a priori parte vesica, quae nulli ova gignentium praeter testudinem, nulli nisi sanguineum pulmonem habenti, nulli pedibus carentium. inter eam et alvum arteria ad pubem tendentes, quae ilia appellantur. Ma Gessner ha scotomizzato questo passo. - Tuttavia in XXX,67 Plinio parla effettivamente di *vesica* dei polli e di *ventriculus* dei piccioni, ed è giocoforza dedurre che in questo caso *vesica* = *ventriculus*. *Naturalis historia* XXX,66-67: Iubent et vermes terrenos bibi ex vino aut passo ad comminuendos calculos vel cocleas decoctas ut in suspiriosis, easdem exemptas testis III tritasque in vini cyatho bibi, sequenti die II, tertio die I, ut stillicidium urinae emendent, testarum vero inanium cinerem ad calculos pellendos, item hydri iocur bibi vel scorpionum cinerem aut in pane sumi [vel si quis ut locusta edit], lapillos, [67] qui in gallinaceorum vesica aut in palumbium ventriculo inveniantur, conteri et potioni inspergi, item membranam e ventriculo gallinacei aridam vel, si recens sit, tostam, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, [...].- Esatta è anche l'affermazione di Plinio: la testuggine - che dobbiamo intendere sia come tartaruga che come tartaruga di mare - è invece dotata di vescica urinaria: infatti essa è presente in tutti i Testudinati. Invece i coccodrilli - appartenenti anch'essi ai Rettili e anch'essi *ova gignentis* - non hanno la vescica urinaria.



nitentem, crystallo obscuro similem. extrahitur autem ex ventriculo galli gallinacei, postquam castratur supra quartum annum. Quidam post nonum extrahi dicunt. melior est de gallo decrepito. maximus in hoc genere fabam aequat. Ore gestantes reges et gladiatores invictos reddit, ac sitim tollit, mulieres viris conciliat, Sylvaticus capite 408<sup>68</sup>. Et rursus capite 470. Alberti haec verba recitat: Vidi saphyrum et lapidem galli oculum intrare sine ulla oculi noxa, politus enim lapis ac tenuis non laedit oculum, nisi pupillam attigerit. Hic oratorem verbis facit esse disertum. | Constantem reddens cunctisque per omnia gratum. | Hic circa veneris facit incentiva vigentes. | Commodus uxori quae vult fore grata marito {,}<.> | Ut bona tot praestet clausus portetur in ore, Author obscurus de lapidibus. Alectoriae, quanquam raro, in gallorum gallinaceorum, et caporum etiam, ventriculo et iecore gignuntur. sed in iecore plerunque maiores. nam nuper in capo inventus est longus unciam, latus digitum, altus sescunciam: inferior pars, quae latior, humiles habet cavernas: superior, quae strictior, ad dextram extuberat: ad laevam humilis est et fusca, cum reliquum eius corpus in fusco candidum sit. At in ventriculo reperti, non raro fere figura sunt lupini, magnitudine eiusdem aut fabae, modo in cinereo candidi: modo fuscii coloris, sed diluti: nunc vero crystallina specie, sed coloris obscuri, quae fibras interdum subrubras. Crystalli similis si politus inter oculum et palpebram inferiorem interponitur, et ex una parte ad alteram transfertur, oculum non laedit. quod idem facit saphyrum, vel onyx, vel alia gemma polita interposita, modo parva sit, Ge. Agricola.

our subjects) is found in the abdomen of the roosters. Albertus writes that the stone is glimmering, similar to a dark crystal. And it is extracted from the stomach of the rooster after the fourth year from castration. Some say that it is extracted after the ninth year. Better is that removed from a decrepit rooster. In this kind of rooster the greatest one is big as a broad bean. It makes unbeatable the kings and the gladiators carrying it in mouth, and removes thirst, it lets the women mating with men, Matteo Silvatico\* in the chapter 408. And then in the chapter 470 he reports these words of Albertus: I have seen a sapphire\* and a rooster's stone penetrating into the eye without any ocular damage, in fact if polished and smooth the stone doesn't injure the eye, unless touched the pupil. This stone causes an orator to be incisive with the words. | Making him resolute and pleasant from any point of view. | This stone makes impetuous as far as sexual stimuli is concerning. | It is useful for a woman who will gratify her husband. | In order to offer so many advantages it must be carried enclosed in mouth, an unknown author about stones. The *alectoriae*, even if seldom, take origin in the stomach and in the liver of roosters and of capons too. But usually in the liver they are of greater dimensions. In fact recently in the capon one has been found an ounce long - 2.54 cm - a finger wide - around 1.8 cm, an ounce and a half high: the inferior part, the widest, has some small concamerations: the superior part, the narrower, shows a swelling rightward: at the left side is lowered and dark, while its residual part is candid with marks of dark color. But in the stomach not rarely have been found stones with aspect of a lupin\* and endowed with its own size or of a broad bean, sometimes candid verging to ash color: sometimes of dark color, but subdued: but this time they had a crystalline aspect, however of dark color, and sometimes they have some reddish streaks. That looking alike a crystal, if after has been smoothed is set between the eye and the inferior eyelid and is moved from one side to the other, doesn't cause ocular lesions. The sapphire or the onyx\* or another smoothed interposed stone, provided that it is small, they act in the same way, Georg Bauer\*.

Page 383

### C.

Gallina est tardi volatus, Albertus. Non volax est, et uropygium, quo volatus dirigitur, ineptum [383] habet, ut in B. retuli. ¶ Pulvere impendio delectatur, in quo sese volutando quodammodo scabit, Grapaldus. Gallina pulveratrix est, ut reliquae aves non altivolae, Aristot. Dixit Ephesius Heraclitus sues coeno lavari, velut co<ho>rtales aves

### C

The hen has a slow flight, Albertus Magnus\*. She is not a flyer, and has an unfitting rump by which is steered the flight, as I reported in the paragraph B. ¶ She takes a lot of pleasure from dust, and while turning over in it, so to speak, she scratches herself, Francesco Mario Grapaldi\*. The hen is a dust's lover as the other birds which don't fly aloft, Aristotle\*. Heraclitus of Ephesus\* said that swine wash with mud, as courtyard birds are doing with dust or

<sup>68</sup> *Opus Pandectarum Medicinae.*

pulvere aut cinere, siquidem hisce rebus plumam pinnasque emundari. ¶ Solum hoc volucrum genus coelum crebro aspicit, Plinius<sup>69</sup>.

¶ Gallinaceis maribus tantum cantus datus est, Aristot. Sed et gallinae interdum cum gallos vicere cucur<r>ire solent, Idem. Gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere coepisse, Cicero I de divinat.<sup>70</sup> Canorum animal gallus gallinaceus, Ibid.<sup>71</sup> Cantant ante lucem galli, Ibid. Graeci autem ᾄδειν, id est canere, de gallinaceis dicunt: et quandoque κοκκύζειν (cui simile est apud Latinos verbum cucurrere) de quo plura scripsi in Cuculo a. Vide infra in H.c. Cucurrere solet gallus, gallina gracillat, Author Philomelae. Elisa vox in illum sonum erumpit, cui Graeci κλωσμόν nomen ab immaturo gallorum (forte pullorum gallinaceorum) cantu dederunt, Quintilianus<sup>72</sup>. est et κλωγμός sonus quidam<sup>73</sup>. Quinetiam gallum nocte explaudentibus alis | Auroram clara consuetum voce vocare, Lucretius<sup>74</sup>. Gallos vigiles nostros excitandis in opera mortalibus, rumpendoque somno natura genuit. Norunt {sydera} <sidera>, et ternas distinguunt horas interdiu cantu. cum Sole eunt cubitum, quartaque castrensi vigilia (id est hora tertia post mediam noctem, Vegetius lib. 3.) ad curas laboremque

ash, since with these materials they clean feathers and pens. ¶ Only this kind of birds looks often at sky, Pliny\*.

Only the song has been given to the roosters, Aristotle. But sometimes also the hens are accustomed to crow when overcame the roosters, still Aristotle. The roosters in that place - near Lebadia\* - started to crow with so much insistence, Cicero\* in the 1<sup>st</sup> book of *De divinatione*. The rooster is a singing animal, in the same treatise. The roosters crow before the day comes, in the same paragraph. Really the Greeks apropos of the roosters say ᾄδειν, that is, to sing: and sometimes κοκκύζειν (which among Latins sounds like the verb *cucurrere* - to do a cock-a-doodle-doo) on which I wrote quite a lot apropos of the cuckoo paragraph a. See below in the paragraph H.c. The rooster is accustomed to do a cock-a-doodle-doo, the hen lets out the voice of broody hen, the author of *Philomela*\*: The broken voice bursts out in that sound the Greeks named κλωσμός - to crack - from the immature song of the roosters (perhaps of young roosters), Quintilian\*. Also κλωγμός is a kind of sound. Rather, also the rooster sending away the night with wings | is accustomed to call the sunrise with shrill voice, Lucretius\*. Nature created the roosters, our sentinels, to recall the mortals to the job and to interrupt the sleep. They know the stars and are able to distinguish with the song, in the space of the day, periods of three hours each. They go to sleep with the sun and at fourth guard shift (that is, at three o'clock after midnight, Vegetius\*, 3<sup>rd</sup> book) they recall us to occupations and job. And they don't allow the rising sun to catch us unawares, and they

<sup>69</sup> *Naturalis historia* X,47: Quod si palma contingit, statim in victoria canunt seque ipsi principes testantur; victus occultatur silens aegreque servitium patitur. Et plebs tamen aequae superba graditur ardua cervice, cristis celsa, caelumque sola volucrum aspicit crebra, in sublime caudam quoque falcata erigens.

<sup>70</sup> *De divinatione* I,34,74: Quid? Lacedaemoniis paulo ante Leutricam calamitatem quae significatio facta est, cum in Herculis fano arma sonuerunt Herculisque simulacrum multo sudore manavit! At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt, armaque, quae fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Cumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic adsidue canere coepisse, ut nihil intermitterent; tum augures dixisse Boeotios Thebanorum esse victoriam, propterea quod avis illa victa silere soleret, canere, si vicisset.

<sup>71</sup> Probabilmente il riferimento è agli *oscines*, gli uccelli augurali dal cui canto venivano tratti gli auspici. *De divinatione* I,53,120: Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volent alites, tum in hac, tum in illa parte se occultent, tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. Nam si animal omne, ut vult, ita utitur motu sui corporis, prono, obliquo, supino, membraque quocumque vult flectit, contorquet, porrigit, contrahit eaque ante efficit paene quam cogitat, quanto id deo est facilius, cuius numini parent omnia! - No!!! Gessner doveva specificare che si trattava del II libro, non del I. Infatti, ecco il passo. *De divinatione* II,26,57: Democritus quidem optimis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos; qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, "... favent faucibus rursus | cantu, plausuque premunt alas." Cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi, cum id vel natura vel casus efficere potuisset?

<sup>72</sup> *Institutio oratoria* XI,51: Quod notavi ut appareret non solum in membris causae sed etiam in articulis esse aliquam pronuntiandi varietatem, sine qua nihil neque maius neque minus est. Vox autem ultra vires urgenda non est: nam et suffocata saepe et maiore nisu minus clara est et interim elisa in illum sonum erumpit cui Graeci nomen a gallorum immaturo cantu dederunt.

<sup>73</sup> I sostantivi greci maschili κλωσμός e κλωγμός sono equivalenti. Derivano dal verbo κλώζω che significa chiocciare, crocchiare, schioccare la lingua, fischiare in segno di disapprovazione.

<sup>74</sup> *De rerum natura* IV, 710-721: Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis | auroram clara consuetum voce vocare, | noenu queunt rapidi contra constare leones | inque tueri: ita continuo meminere fugai. | Ni mirum quia sunt gallorum in corpore quaedam | semina, quae cum sunt oculis inmissa leonum, | pupillas interfodiunt acremque dolorem | praebent, ut nequeant contra durare feroces, | cum tamen haec nostras acies nil laedere possint, | aut quia non penetrant aut quod penetrantibus illis | exitus ex oculis liber datur, in remorando | laedere ne possint ex ulla lumina parte.

revocant. nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemque venientem nunciant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum, Plinius<sup>75</sup>. Gallus diei nuncius, horas noctis discutit, et demum vocem exhortationis emittit, cumque cantus edere parat, prius alas excutit, ac seipsum feriens vigilantior reddidit, Gregorius in *Moralibus*.

Ex gallis qui animosi sunt, vocem {a}edunt graviorem, Aristot. in *Physiogn.*<sup>76</sup> Nocte profunda cantat validius, et matutino levius. cantus enim cum vento fertur, et antequam aestimari possit longius auditur, Obscurus de nat. rerum. Amant et hunc cantorem milites, quia in castris illis vice horarii gnomonici est. Nam cum stans noctis horis vigiliis commutare coguntur, hoc indice noctis intervalla discriminant. Crepusculo cubitum eunt, tribus ante noctis statum (id est ante mediam noctem) horis cantant. medio eiusdem spatio vocem iterant. tribus itidem ab intempesta nocte horis, iterum cantant: quod tempus ob id gallicinium appellatur. Itaque bellicis curribus aliquando singulis singulos gallos alligant, Gyb. Longolius. Sigismundus Liber<sup>77</sup> Baro in descriptione itineris sui per Moscoviam, Gallum (inquit) Moscoviticum more Germanorum super currum sedentem, frigoreque iam iam morientem, famulus crista, quae gelu concreta erat, subito abscissa, non solum hoc modo servavit, verum etiam ut erecto statim collo cantaret, nobis admirantibus effecit<sup>78</sup>. Scribit in *Divinationibus*<sup>79</sup> M. Cicero, Democritum

announce with the song that the day is coming, and their song itself is announced by flapping their wings, Pliny. The rooster, messenger of the day, dispels the hours of the night, and finally he utters the voice of the exhortation, and when he is about to utter the songs, in first place he flaps the wings, and striking himself makes himself more vigilant, Gregorius Magnus\* in *Moralia*.

Among the roosters, the brave ones utter a deeper voice, Aristotle in *Physiognomonica*. In the depths of the night he sings more strongly, and at morning more softly. In fact the song is transported with the wind, and it is heard rather far away sooner than it could be supposed, unknown author of natural things. The soldiers love also this cantor, since for them, when they are in the camps, he has the same role of a gnomon clock\*. In fact, when at fixed hours of the night they have to change guards, they divide nighttime intervals with this signal. They go to roost at twilight, they sing three hours before the night began (that is, before midnight). Midway this nighttime interval they reiterate the song. And they sing softly also three hours from the beginning of night's dead: and it's why this moment is said *gallicinium*\* - the dawn. Therefore they sometimes tie a rooster to each war chariot, Gisbert Longolius\*. Sigismund, Baron of Herberstein\*, in the description of his trip through Moscow says: a Muscovite rooster, perched on a chariot according to the German custom, and which was about to die at any moment because of the cold, a servant, after having cut off quickly the frozen comb, not only in this way saved it, but also got that, lifted up suddenly the neck, it started singing, while we were full of amazement. Cicero writes in *De divinatione* that Democritus\* tried to explain more or less with these words why the roosters sing before the dawn. He says: after they removed from the breast - from the

<sup>75</sup> *Naturalis historia* X,46-47: [46] Proxime gloriam sentiunt et hi nostri vigiles nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendoque somno natura genuit. Norunt sidera et ternas distinguunt horas interdiu cantu. Cum sole eunt cubitum quartaque castrensis vigilia ad curas laboremque revocant nec solis ortum incautis patiuntur obrepere diemque venientem nuntiant cantu, ipsum vero cantum plausu laterum. [47] Imperitant suo generi et regnum in quacumque sunt domo exercent. Dimicatione paritur hoc inter ipsos velut ideo tela agnata cruribus suis intellegentium, nec finis saepe commorientibus.

<sup>76</sup> Pseudo Aristotele *Physiognomonica*, 807a 20: *ton alektryónon oi eýpsychoi baryphona phtéggontai.*

<sup>77</sup> Forse *Liber* rispecchia il titolo tedesco Freiherr, che già da solo significa Barone.

<sup>78</sup> *Rerum Moscoviticarum Commentarii* - Editionis 1556, paginae 144-156: [151] Equidem nasum, nisi tempestivius a Pristavo admonitus fuissem, fere amisissem. Ingressus enim hospitium, vix tandem, nive, monitu Pristavi, nasum macerando ac fricando, non citra dolorem sentire coeperam, scabieque quodammodo oborta, ac dein paulatim arescente, convalueram. [152] gallumque Moscoviticum, more Germanorum super currum sedentem, frigoreque iamiam morientem, servitor crista, quae gelu concreta erat, subito abscissa, non solum hoc modo servavit, verum etiam ut erecto statim collo cantaret, nobis admirantibus, effecit. (www.fh-augsburg.de)

<sup>79</sup> *De divinatione* II,57: Democritus quidem optimis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo, cantus edere quiete satiatos; qui quidem silentio noctis, ut ait Ennius, "...favent faucibus russis | cantu, plausuque premunt alas." Cum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi, cum id vel natura vel casus efficere potuisset? - In questo caso Gessner non è esente da critiche, in quanto, facendo riferimento al *De divinatione* di Cicerone (II,57) usa *depulso* senza indicare da dove il cibo viene rimosso (Cicerone dice che viene rimosso dal *pectus*, cioè dal gozzo) e quindi anziché usare il verbo *mitificor* di Cicerone (che significa *far diventare tenero*) usa *modificato*, che significa *regolare, moderare, porre un limite*. Aldrovandi a pagina 205 addirittura usa *modificetur* riferito al gallo, il quale così *si darebbe una regolata*. - In sintesi: l'originale di Cicerone dice quanto segue: [...]depulso enim de pectore et in omne corpus diviso et mitificato cibo, [...] infatti dopo aver rimosso dal petto [dal gozzo] e dopo aver suddiviso e fatto diventare tenero il cibo a favore di tutto il corpo, [...].

hisce ferme causam adortum explicare, cur ante lucem concinant galli. Depulso (inquit) <de pectore> et in omne corpus diviso ac {modificato} <mitificato> cibo, cantus {a}edunt quiete satiati. Qui quidem, ut ait Ennius<sup>80</sup>, silentio noctis favent {faucibus, rursus} <faucibus rursis> cantu plausuque premunt alas.

Sunt vero qui (huius sententiae est Ambrosius Leo Nolanus, cuius verba copiosius recitat Erasmus in proverbio, Priusquam gallus iterum cecinerit<sup>81</sup>) salacissimae avitii eius naturae acceptum referri astruant oportere eventum eiusmodi. Nam cantu significari Venere appetentiam, inde est argumentum evidens, quod antequam usui Venereo sufficiant, conticescunt. Esse porro in more avibus nonnullis, ut proclivitatem et lubentiam ad initium quolibet praeant cantu, quum alibi comprobatur Plinius, tum ait<sup>82</sup>, Perdices foeminas concipere supervolantium afflatu, saepe voce tantum audita masculi. Contingere autem gallinaceis, quod fere caeteris usu venire compertum est, ut peracto cibo, refecto per quietem corpore, ac inde maxime vegeto, libidinis titillentur pruritu. Intervulsus autem somnus, ac identidem repetitus, cantus frequentiae causam facile suggesserit, Caelius. Gallus si rarum esset animal, non solum forma sed cantu admiratione dignissimum esset. Exultat voce, proculque ea exauditur: et nocte etiam ad mille atque amplius passus. Cum expergiscitur a cibo canit, plerumque tamen Sole meridiantem mediaque nocte, ac cum radii primum auroram effingere incipiunt. Robur igitur Solis sequitur, et in octo partes totum dividit diem naturalem, non tamen oriente Sole, sed cum accedit ad aurorae terminos, sic et ante meridiem, Cardanus lib. 10. de Subtilitate. Galli antelucano tempore canunt, sive ut fertur, naturali quodam sensu Solis ad nos se convertentis ceu deum salutantes impulsu, sive caliditate suae naturae et motus sibique sumendi desiderio, Heliodorus lib. 1. Aethiopicorum. Gallum album mensi

crop - and divided and made the food become tender, they utter the songs after having satisfied themselves with the rest. And they, as Ennius\* says, in the silence of the night show approval uttering their song through the red jaws and applaud flapping the wings.

In truth there are some (Ambrogio Leone from Nola\* is of this opinion, whose words Erasmus from Rotterdam\* quotes rather abundantly in the proverb *Before the rooster has sung a second time*) who would assert that such a result is due to the libidinous nature of this bird. In fact with the song the sexual desire is revealed, from which comes the evident proof that, before devoting themselves to the sexual activity, they keep silent. Furthermore it's belonging to the behavior of quite a lot of birds to anticipate with whatever song the propensity and the pleasure for mating, since in another passage Pliny is confirming this when saying that female partridges\* conceive through the breath of the males flying over them, often after having only heard the voice of the male. To the roosters it happens what by experience is well-known to happen in almost all other birds, that is, after the food has been digested and the body has been refreshed with rest, and being therefore very vigorous, they are titillated by the itch of sexual desire. The sleep interrupted and as many times resumed, would easily point out the reason of the frequency of the song, Lodovico Ricchieri\*. The rooster, if he were a rare animal, he would be remarkably worthy of admiration not only for his look but also for his song. He rejoices by his voice, which is heard from far away, and at night also at the distance of a mile and more. When he wakes up to eat, he sings, however mainly in the afternoon and at half of the night, and when the rays of the sun barely begin to paint the sunrise. Therefore he goes hand in hand with the energy of the sun, and divides in eight parts the natural day, however not when the sun rises, but when it is approaching to the end of sunrise, and so also before midday, Gerolamo Cardano\*, 10<sup>th</sup> book of *De subtilitate*. The roosters sing at dawn, both, as they say, for a certain faculty in perceiving the sun coming back to us, either compelled to greet the god - sun\*, or because of the heat of its nature and movement and the desire of take possession of it, Heliodorus of Emesa\* in the 1<sup>st</sup> book of *Ethiopian*s. Pythagoras\* believed that the white rooster is sacred to the month, since he is messenger of the hours.

<sup>80</sup> *Scenica*, 219-221. - Filippo Capponi in *Ornithologia Latina* (1979) riporta il testo dell'edizione Vahlen: favent faucibus rursis | Missis cantu plausuque premunt | Alas; (a pagina 262, alla voce *Gallus*).

<sup>81</sup> *Adagia* 3.7.66: Antes que o galo cante de novo. (www.kocher.pro.br)

<sup>82</sup> *Naturalis historia* X,102: Nec in alio animali par opus libidinis. Si contra mares steterint, feminae aura ab iis flante praegnantem fiunt, hiantes autem exerta lingua per id tempus aestuant. Concipiunt et supervolantium adflatu, saepe voce tantum audita masculi, adeoque vincit libido etiam fetus caritatem, ut illa furtim et in occulto incubans, cum sensit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat revocetque et ultro praebeat se libidini. Rabie quidem tanta feruntur, ut in capite aucupantium saepe caecae motu sedeant.

sacrum, utpote horarum nuncium, credit Pythagoras. In locis ubi coeli status uvidus est, gallos non cantare Theophrastus<sup>83</sup> inquit, Aelianus<sup>84</sup>. Gallinaceis vox est cum vicere, Aristot. Alii in pugna vox, ut coturnicibus: aliis ante pugnam, ut perdicibus: aliis cum vicere, ut gallinaceis. iisdem sua maribus, Plin.<sup>85</sup>

¶ Gallina unguibus scalpendo victum quaerit, ad quem inventum pullos vocat, Albert. Chondros<sup>86</sup>, (id est alica vel far) dabatur in cibo gallinaceis, Athenaeus circa finem lib. 3. Piscibus etiam in cibo gaudent. Canes et gallinae humano stercore vescuntur, Brasavolus. Plura de cibis quibus ali ac saginari genus gallinaceum solet, leges in Gallina E. item in Capo. Veterum sententia frequens fuisse videtur, gallo vim omnia quae deglutierit conficiendi adesse. Propterea in Vespis<sup>87</sup> Aristophanes, Ἀλεκτρούνοσ μ᾽ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν. id est, Galli me ventrem habere dicitabat. Id vero enarrantes Grammatici, Galli (inquiunt) calore ventris ferventissimo cuncta percoquunt, Caelius. Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor.<sup>88</sup>

Theophrastus\* says that in the places where the climate is damp the roosters don't sing, Aelian\*. The roosters have voice when have won, Aristotle. Some has voice during the fight as quails\*: others before the fight as partridges: others when have won, as the roosters. In them the voice is proper of males, Pliny.

¶ The hen when scratching with toenails is looking for food, and when found it she calls her chicks, Albertus Magnus. The *chóndros* (that is the emmer\*) was given as food to chickens, Athenaeus\* toward the end of the III book. They are also delighted with fishes as food. Dogs and hens feed on human dung, Antonio Brasavola\*. In the paragraph E about the hen you can read quite a lot of things concerning the foods by which is usually fed and fattened up the gallinaceous genus. The same in the chapter regarding the capon. It seems that was an usual axiom of ancients the fact that the rooster was able in mincing what swallowed. Thus Aristophanes\* in *Wasps* writes: *Alektryónos m'éphaske koilian échein*. That is: He was saying that I had a rooster's stomach. In truth the grammarians when doing a commentary of this verse they say: The roosters digest every thing perfectly with the enormous heat of the stomach, Lodovico Ricchieri. The hens are endowed with a warm nature. In fact they also destroy the poisons and destroy whatever seed as far as dry. And sometimes with the stomach they dissolve the grains of sand and little stones, Dioscorides\*.

Page 384

¶ Galli quidam pugnaces sunt nimium et rixosae libidinis: qui et caeteros infestant, nec patiuntur inire foeminas, [384] cum ipsi pluribus sufficere non queant. horum procacitas quomodo cohiberi debeat, ex Columella scribemus infra in E. Plura etiam de

<sup>155</sup> *Naturalis historia* X,52: Sed, quod constat, Messalinus Cotta, Messalae oratoris filius, palmas pedum ex iis torrere atque patinis cum gallinaceorum cristis condire reperit; tribuetur enim a me culinibus cuiusque palma cum fide.

<sup>156</sup> *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) XX,5: Comedit saepius ad imitationem Apicii calcanea camelorum et cristas vivis gallinaceis demptas, linguas pavonum et lusciniarum, quod qui ederet a pestilentia tutus diceretur. - Lampridio dice che un siffatto menu preservava dalla peste, invece per Gessner serviva contro l'epilessia. Vai a sapere!

<sup>157</sup> V,4,5.

mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies, et inferes.

Aliter<sup>158</sup> conchicla farsilis, sive conchiclatus pullus vel porcellus: Exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam paras, et facies alternis pisam lotam, [388] cerebella, lucanicas, et caetera, teres piper, ligusticum, origanum et zingiber. liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferveat. et cum ferbuerit, mittis modice et {pisam} <impensam> cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis, et in operculo deponis, et in furnum mittis ut coquantur paulatim, et inferes.

different ways: then you will crush pepper, cumin\*: you pour on them its broth. You also break two eggs in a mortar, beat them, scatter their juice on entire boiled peas, or you will garnish with kernels, and cook on a slow heat, and you will dish.

IN ANOTHER MANNER, A STUFFED LITTLE FAVA BEANS SOUP, that is chicken or piggy cooked with fava beans: You bone the chicken from the breast, join its straightened legs, fix with a skewer and prepare the ingredients, and you will arrange alternatively washed peas, brains, Lucanian sausages\* and so on: you will mince pepper, lovage\*, oregano\* and ginger\*. Sprinkle sauce of fish and blend raisin wine. Bring to the boil and when it is boiling you cook on a slow heat, and when you will have seasoned the ingredients, arrange them alternatively in the chicken, cover with the omentum and place in a cover and put in oven so that they cook slowly, and dish.

Page 388

**EX EIUSDEM AUTHORIS  
LIBRO VI. CAP. IX.**

In pullo elixo ius crudum. Adijcies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem: suffundis acetum: adijcies caryotam: refundis liquamen, sinapis modicum et oleum: defruto temperas, et sic mittis {in pullum anethatum. Aliter pullus}.

<Pullum anethatum:><sup>159</sup> Mellis modice, liquamine temperabis. {Lavas} <Levas> pullum coctum, et sabano mundo siccas, charaxas, et ius scissuris infundis, ut combibat: et cum combiberit, assabis, et suo sibi iure {pertangis} <pinnis tangis>, piper asperges et inferes.

Pullus Parthicus. Pullum aperies a navi (pectore forte. nam infra pullum farsilem a pectore aperiri iubet. Sed Humelbergius partem posteriorem ventris accipit) et in quadrato ornas: teres piper, ligusticum, carei modicum: suffundes liquamen: vino temperas: componis in cumana pullum, et condituram super pullum facies, laser et vinum {inter illas} <in tepida><sup>160</sup> dissolvis, et in pullum mittis simul et coques, piper asperges et inferes.

**FROM 6<sup>TH</sup> BOOK CHAPTER 9<sup>TH</sup>  
OF THE SAME AUTHOR - APICIUS\***

RAW BROTH IN BOILED CHICKEN. You will put in a mortar dill seed\*, dried mint, root of silphium\*, sprinkle vinegar: add date: pour sauce of fish, a little mustard\* and oil: season with cooked wine and so dish.

CHICKEN WITH DILL: You will season with a little honey and sauce of fish. Take a cooked chicken and dry it with a clean linen, make incisions and put broth in the cuts so that it becomes soaked: and when it became impregnated you will roast it and with feathers brush it with its juice, sprinkle pepper and dish.

PARTHIAN\* CHICKEN. You will open the chicken starting from belly (perhaps beginning from breast; in fact more ahead he says that a chicken to be stuffed must be open beginning from breast; but Gabriel Hummelberg\* means the rear belly) and arrange it in a square shape: you will mince pepper, lovage, a little caraway seeds\*: sprinkle sauce of fish: add wine: arrange the chicken in an earthenware of Cuma\* and pour the seasoning over the chicken, dissolve

<sup>158</sup> V,4,6: Aliter conchicla: conchiclatus pullus vel porcellus: exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam [conchicla farsilis] paras. et facies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas et cetera. teres {piper,} ligusticum, origanum et zingiber, liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferveat, et, cum ferbuerit, mittis modice. et impensam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes. (<http://www.fh-augsburg.de>)

<sup>159</sup> VI,9,1.a.-1.b.: 1.a. In pullo elixo ius crudum: adijcies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adijcies caryotam, refundis liquamen, sinapis modicum et oleum, defrito temperas et sic mittis. - 1,b. Pullum anethatum: mellis modice, liquamine temperabis. levas pullum coctum et sabano mundo siccas, caraxas et ius scissuris infundis, ut combibat, et cum combiberit, assabis et suo sibi iure pinnis tangis. piper aspersum inferes. (<http://www.fh-augsburg.de>)

<sup>160</sup> <http://www.fh-augsburg.de>: laser [et] vivum in tepida dissolvis,[...].



Pullus oxyzomus. Olei acetabulum maiorem satis modice, liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scrupulos sex, petroselinum, porri fasciculum.

Pullus Numidicus<sup>161</sup>, (qualis apud Numidas condiri solebat, aut potius ex pullis gallinae Numidicae.) Pullum curas, elixas, lavas, lasere et pipere aspersum assas: teres piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, rutam, caryotam, nucleos: suffundis acetum, mel, liquamen: et oleo temperabis. Cum ferbuerit, amylo obligas: pullum perfundis: piper asperges et inferes.

Pullus laseratus<sup>162</sup>. Aperies a navi: lavabis, ornabis et in cumana ponis: teres piper, ligusticum, {laser, vinum} <laser vivum><sup>163</sup>: suffundis liquamen: vino et liquamine temperabis, et mittis pullum: coctus si fuerit, pipere aspersum inferes.

Pullus paroptus<sup>164</sup>. Laseris modicum, piperis scrupulos sex, olei acetabulum, liquaminis acetabulum, petroselini modicum.

Pullus elixus ex iure suo<sup>165</sup>. Teres piper, cuminum, thymi modicum, f{o}eniculi semen, mentham, rutam, laseris radicem: suffundis acetum: adijcies caryotam et teres: melle, aceto, liquamine et oleo temperabis: pullum refrigeratum et siccatum mittis, quem perfusum inferes.

Pullus elixus cum cucurbitis elixis<sup>166</sup>. Iure suprascripto addito sinape perfundis et inferes.

Pullus elixus cum colocasiis elixis<sup>167</sup>. Supradicto iure perfundis et inferes. {Facit} <Facis><sup>168</sup> et in elixum cum olivis colymbadibus non valde (impletum,) ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat dum coquitur in olla: submissum in sportellam cum bullierit, frequenter lavas et ponis ne dissiliat.

silphium and wine warming up them and put them together in the chicken, and let cook, sprinkle with pepper and dish.

CHICKEN IN HOT SAUCE: A rather large acetabulum - a goblet for vinegar - of oil in restrained quantity, a smaller acetabulum of fish sauce, a further smaller acetabulum of vinegar, six scruples [around 7 g] of pepper, parsley, a posy of leek\*.

CHICKEN IN NUMIDIAN\* MANNER (as usually was seasoned among Numidians, or better, done with young fowls of Numidian hen\*). Get a chicken, boil it, wash it, roast it after has been sprinkled with silphium and pepper: you will mince pepper, cumin, seed of coriander, root of silphium, rue\*, date, kernels: sprinkle vinegar, honey, sauce of fish: and season with oil. When it is boiling, wrap up with starch: dip the chicken: sprinkle with pepper and dish.

CHICKEN WITH SILPHIUM: You will open it starting from belly: then wash it, garnish and put in an earthenware of Cuma: mince pepper, lovage, fresh silphium: sprinkle sauce of fish: you will season it with wine and fish sauce and cook the chicken: when cooked, after a pepper sprinkling dish it.

RARE CHICKEN - ROASTED ON SURFACE. A little bit of silphium, 6 scruples of pepper [6.78 g], an acetabulum of oil, an acetabulum of sauce of fish, a very little bit of parsley.

CHICKEN BOILED IN ITS BROTH. You will mince pepper, cumin, a little bit of thyme, seed of fennel\*, mint, rue, root of silphium: pour vinegar: add date and mince: season with honey, vinegar, sauce of fish and oil: put there the cold and dry chicken which you will dish after it has been sprinkled.

BOILED CHICKEN WITH BOILED PUMPKINS. After aforesaid broth has been added, pour on mustard and dish.

BOILED CHICKEN WITH BOILED TAROS\*: Pour the aforesaid broth on it and dish. You can also boil it, not too much (stuffed) with marinated olives so that there is some empty room and it doesn't break while cooking in pot: placed in a small basket after had boiled, you wash it several times and put it back so that it doesn't break.

<sup>161</sup> VI,9,4.

<sup>162</sup> VI,9,5.

<sup>163</sup> [http://www.fh-augsburg.de: laser vivum, \[...\]](http://www.fh-augsburg.de: laser vivum, [...]).

<sup>164</sup> VI,9,6.

<sup>165</sup> VI,9,7.

<sup>166</sup> VI,9,9.

<sup>167</sup> VI,9,10.

<sup>168</sup> VI,9,11. - [http://www.fh-augsburg.de: Facis et in elixa\[...\]](http://www.fh-augsburg.de: Facis et in elixa[...]).

Pullus Varianus<sup>169</sup>, (a Vario<sup>170</sup> Heliogabalo fortassis, alias Vardanus.) Pullum coques iure hoc: liquamine, oleo, vino: fasciculum porri, coriandri, satureiae: cum coctus fuerit, teres piper, nucleos cyathos duos, et ius de suo sibi suffundis, et fasciculos proijcies, lacte temperas, et reexinanes in mortarium supra pullum ut ferveat: obligas cum albamentis ovorum tritis: ponis in lance, et iure suprascripto perfundis. Hoc ius candidum appellatur.

Pullus Frontonianus<sup>171</sup>. Pullum praedura, condies liquamine, oleo mixto, cui mittis fasciculum anethi, porri, satureiae, et coriandri viridis et coques: ubi coctus fuerit, levabis eum, in lance defruto perfundes, piper asperges et inferes.

Pullus tractogalatus<sup>172</sup>, (a tracta et lacte quibus condiebatur, Humelbergius.) Pullum coques liquamine, oleo, vino: cui mittis fasciculum coriandri, cepam: deinde cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo, et mittis in cacabum novum lac et salem modicum: mel et aquae minimum, id est tertiam partem, ponis ad ignem lentum ut tepescat: tractum confringis et mittis paulatim, assidue agitas ne uratur, pullum illic mittis integrum vel carptum, versabis in lance, quem perfundes iure tali. Piper, ligusticum, origanum: suffundis mel, et defrutum modicum: et ius de suo sibi temperas in cacabulo: facies ut bulliat: cum bullierit, amylo obligas et inferes.

Pullus farsilis<sup>173</sup>. Pullum sic ne aliquid in eo remaneat, a cervice expedies: teres piper, ligusticum, zingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum: ova confringis et commisces ut unum corpus efficias: liquamine temperas, et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundantes, fac inpensam, et imples pullum, vel porcellum ita ut laxamentum habeat. Similiter et in capo facies. Accipies pullum et ornas ut supra: aperies illum a pectore, et omnibus eiectis coques.

Pullus leucozomus<sup>174</sup>. Accipias aquam et oleum Hispanum abundans, agitatur ut ex se ambulet et humorem consumat: postea cum coctus fuerit,

CHICKEN À LA VARIUS (perhaps from Varius Heliogabalus\*, otherwise called à la Vardane\*). Boil the chicken in this broth: sauce of fish, oil, wine, a posy of leek, coriander\*, savory\*: when cooked you will mince pepper, two cyathi [100 ml] of kernels, and sprinkle it with its broth and you will throw away the posies, sweeten with milk, and you will drain it again in a mortar as well as the chicken so that it gets boiling: blend with beaten egg white: place in a tray and sprinkle with the aforesaid broth. This broth is said candid.

CHICKEN À LA FRONTO [Marcus Cornelius Fronto?]. Let a chicken grow hard, you will season it with fish sauce mixed with oil adding a posy of dill, leek, savory and green coriander, and cook, when cooked take it out, sprinkle it in a tray with cooked wine, scatter pepper and dish.

CHICKEN WITH MILK (*tractogalatus* from *tracta*, puff pastry, and *lac*, milk, by which it was seasoned, Gabriel Hummelberg). Let cook a chicken in fish sauce, oil, wine: to which you add a posy of coriander, some onion: then when cooked you will remove it from its broth and place milk in a new pot and a little bit of salt: simmer honey and a very little bit of water, that is, the third part, so that it tepesies: crumble puff pastry and add it bit by bit, stir frequently so that it doesn't burn, place the chicken whole or asunder, transfer it in a tray and sprinkle it with the following sauce: pepper, lovage, oregano: pour honey and a little bit of cooked wine, and sweeten its broth in a pot: bring it to boil: when boiling blend with starch and dish.

STUFFED CHICKEN. You will prepare the chicken starting from neck so that nothing remains in it: mince pepper, lovage, ginger, chopped meat, boiled emmer\*, mince the brain cooked in broth: break some eggs and mix them until an unique mass is done: season them with fish sauce and put a little bit of oil, entire pepper, abundant kernels, prepare a stuffing and fill the chicken or the piggy so that it has an empty room. Likewise you will do also in the capon. You will take the chicken and garnish it as said before: you will open it starting from breast and will cook it after what is inside has been removed.

CHICKEN IN WHITE SAUCE: You have to take water and plenty of Spanish oil, it is shaken so that it flows alone and hides the water: then, when cooked,

<sup>169</sup> VI,9,12.

<sup>170</sup> Lampridio\* *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) I.1: Vitam Heliogabali Antonini, qui Varius etiam dictus est,[...]

<sup>171</sup> VI,9,13.

<sup>172</sup> VI,9,14.

<sup>173</sup> VI,9,15.

<sup>174</sup> VI,9,16.

quodcunque olei remanserit, inde levas: piper asperges, et inferes.

¶ In isicia de pullo<sup>175</sup>. Olei floris lib. 1. liquaminis quartarium, piperis semuncia.

Aliter de pullo<sup>176</sup>. Piperis grana XXXI. conteres, mittis liquaminis optimi calicem, caraeni [caroeni] tantundem, aquae XI. mittes: et ad vaporem ignis pones.

Isicia de pavo<sup>177</sup> primum locum habent, ita si fricta fuerint ut callum vincant. secundum isicia de phasianis, tertium de cuniculis, quartum de pullis.

Aliter<sup>178</sup>, (Isicium amyllum.) Ossicula de pullis expromas, deinde mittis in cacabum porros, anethum, salem: cum cocta fuerint, addes piper, apii semen: deinde orindam (forte oryzam, cuius et paulo ante meminerat in simili isicio amyllato. sed Humelbergius ex Hesychio orindam interpretatur semen simile sesamae, etc.) infusam teres: addes liquamen et passum vel defrutum, omnia misces et cum isiciis inferes, Apicius 2.2.

¶ Gallus cum oxyliparo apponitur Dipnosophistis apud Athenaeum lib. {8} <9>.<sup>179</sup> Γαλεούς και βατίδας ὅσα τε τῶν γενῶν ἐν ὀξύλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται, Timocles Comicus. Est autem forte oxyliparum trimma<sup>180</sup> [389] seu condimentum, idem aut simile quale supra in pullo oxyzomo Apicius descripsit, quod conficitur aceto, liquamine et oleo quae lipara, id est pingua sunt, etc. Invenio oxyliparon genus esse iuris in quo raiae ac caeteri eius naturae pisces mandi soleant, Hermolaus.

whatever quantity of oil will be there, you remove it from there, sprinkle it with pepper and dish.

¶ SAUSAGES OF CHICKEN. A pound [327.45 g] of very good oil, a fourth of *sextarius* [125 ml] of sauce of fish, one-half ounce [13.64 g] of pepper.

ANOTHER KIND OF CHICKEN SAUSAGES. You will mince thirty-one grains of pepper, add a goblet of best fish sauce and the same of cooked wine, you will pour eleven goblets of water and will place on the smoke of a fire.

THE PEACOCK SAUSAGES have the top position if fried so that they lose hardness. The second place belongs to pheasant\* sausages, the third to those of rabbit, the fourth to those of chicken.

Another recipe (SAUSAGE WITH STARCH). You have to remove from chickens the little bones, then put in a pot leeks, dill, salt: when cooked you will add pepper, fennel seed, then mince brewed *orinda* (perhaps *oryza* - rice - which he had also mentioned shortly before in a quite similar sausage with starch. But Gabriel Hummelberg from Hesychius of Alexandria\* translates with *orinda* a seed similar to sesame, etc.): you will add fish sauce and raisin or boiled wine, mix all this and dish with sausages, Apicius 2<sup>nd</sup>, 2.

¶ In Athenaeus\*, 9<sup>th</sup> book, a rooster with vinegar and oil is served to Dipnosophists. *Galeoús kai batídas hōsa te tōn genōn en oxylipáro, trimmati skeuázetai*. - *Sharks and rays and quite a lot of subjects of this kind are prepared in a piquant and fat sauce*, Timocles\* the comic poet. For perhaps the *oxyliparum* is the *trimma* or seasoning, alike or similar to that Apicius described before in chicken with piquant sauce, which is made with vinegar, fish sauce and oil, which are *lipara*, that is, fat, etc. I find that *oxyliparon* is a kind of juice in which usually rays and other fishes of this kind are eaten, Ermolao Barbaro\*.

Page 389

¶ Qui morbo regio aestivo laborat, obsonium edat pullum gallinaceum percoctum, probe conditum cum cepa, coriandro, caseo, sale, sesamo, et uva passa alba, Hippocrates in libro de internis affectionibus. Egregia quaedam condimenta pro pullis coctis describit Ant. G<u>ainerius in capite

¶ He who suffers from summer jaundice has to feed on chicken well cooked and well seasoned with onion, coriander\*, cheese, salt, sesame\* and white raisin. Hippocrates\* in the treatise *De internis affectionibus*. Antonio Guainerio\* describes some excellent seasonings for boiled chickens in the

<sup>175</sup> II,2,3.

<sup>176</sup> II,2,4.

<sup>177</sup> II,2,6.

<sup>178</sup> II,2,9.

<sup>179</sup> IX,34,385a. § Giustamente Lind (1963) dà un'altra referenza - 9.385 - e sottolinea che *gallus* è un qui pro quo: il testo greco dice *Galeoús*, che è l'accusativo plurale di *galeós*, il pescecane.

<sup>180</sup> Il sostantivo greco neutro *trimma* - da *tribo*, trebbiare, tritare - è una cosa logorata, una raschiatura, una salsa, frammenti di qualcosa.

de restaurando appetitu.

¶ Pullus in agresta. Pullum cum salita carne decoquito: ubi semicoctus fuerit, grana uvae sublatis e medio vinaceis, in cacabum ferventem indito: petroselinum et mentham minutatim concidito, piper et crocum in pulverem conterito. Haec omnia in cacabum, ubi pullastra cocta fuerit, conijcito, ac patinam statim facito. Hoc obsonio nil salubrius, admodum enim alit, facile concoquitur. stomacho, cordi, hepatis, renibus convenit, ac bilem reprimat, Platina lib. 6. cap. 16<sup>181</sup>.

Et mox cap. 17<sup>182</sup>. Pullus assus. Pullum bene depilatum, exinanitum et lotum assabis. asso, atque in patinam imposito, antequam refrige<r>at, aut succum mali medici<sup>183</sup>, aut agrestam cum aqua rosacea, saccaro ac cinnamo bene trito infundes, convivisque appones. Hoc Bucino<sup>184</sup> non displicet, qui acria (acida) simul ac dulcia appetit, ut bilem reprimat et corpus obeset. Idem 6.9.<sup>185</sup> praescribit quomodo paretur pastillus ex quavis carne animantis cicuris, ut vituli, capi, gallinae et similium. Eiusdem e lib. 6. cap. 15.<sup>186</sup> de porcello lactente condimentis quibusdam faciundo assandoque verba recitavi in Sue G. Idem autem (inquit) fieri potest ex <ansere>, anate, <gru{a}e>, capo, pullastra.

¶ Qui icteri prima specie laborat, obsonium edat pullum gallinaceum percoctum probe conditum cum cepa, coriandro, caseo, sale, sesamo et uva passa alba, Hippocrates in libro de internis affectionibus.<sup>187</sup>

chapter concerning the recovery of the appetite.

¶ CHICKEN IN AGRESTA\*. Cook the chicken with salty meat for a long time: when it is half cooked, put in the hot pot some grape-seeds taken from the center of marcs: chop up properly parsley and mint, grind pepper and saffron. Throw all these ingredients in the pot where meanwhile the pullet has cooked, and immediately prepare a course. Nothing is more healthful than this food, for it is extremely nourishing, is easily digested, is good for stomach, heart, liver, kidneys, and suppresses anger, Platina\* book 6<sup>th</sup> chapter 16<sup>th</sup>.

And soon after, in chapter 17<sup>th</sup>: ROAST CHICKEN. You will roast a well plucked, emptied and washed chicken. When roasted and placed in a course dish, before it cools you will pour on it either juice of an apple from Media - of an orange\*, or better, of a citron\* -, or agresta with rose water, syrup of cane sugar and cinnamon\* well minced, and you will serve to guests. This recipe is not displeasing to Bucinus who is greedy for things which are at the same time pungent (sour) and sweet, to repress anger and fatten up the body. Still Platina in 6<sup>th</sup>,9 gives instructions about how to prepare a pie\* based on any kind of meat from domestic animal, as calf, capon, hen and similar. Of Platina I quoted in pig's paragraph G the words drawn from 6<sup>th</sup>,15 regarding the sucking pig to be stuffed and roasted with some sauces. And he says: the same can be done with goose, duck, crane, capon, pullet.

¶ He who begins to show jaundice has to feed on a well cooked and seasoned chicken with onion, coriander, cheese, salt, sesame and white raisin, Hippocrates in the treatise *De internis affectionibus*.

<sup>181</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 15.

<sup>182</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 16.

<sup>183</sup> II,5 - DE COCTONEIS - Coctonea dici cum de malis loquimur: et non coctona. Varronis ac Plinii auctoritate manifestum est: qui coctona inter ficus commemorant. [...] mala medica: quae vulgo narantia vocamus [...]. (*Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) - Probabilmente si tratta di un *qui pro quo* di Platina. La *narantia* dovrebbe etimologicamente corrispondere all'arancia, mentre il *malum medicum* fin dai tempi dei Romani corrispondeva al cedro. Siccome per Platina il *malum medicum* è l'arancia e prescrive una spremuta di *mali medici*, è giocoforza tradurlo con arancia, anche se un antico Romano avrebbe inteso una spremuta di cedro.

<sup>184</sup> It is difficult to determine whether this name is a mistake by Aldrovandi [Platina!!!] for Dominicus Bucius, who wrote *Quaesita III Medicinalia, juxta Hippocratis, et Galeni mentem examinata* (ed. by A. Bucci, Venice, 1551; another ed., Leyden, 1577). A certain Bucinense (Niccolò degli Angeli) edited the *Scriptores Rei Rusticae* (Florence, 1515, 1521), but he is probably not referred to here. (*Aldrovandi on Chickens*, Lind, 1963) - Niccolò Angeli, detto Angelo Buccinense, insigne latinista del XVI secolo, di Bucine in provincia di Arezzo.

<sup>185</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 10.

<sup>186</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 14.

<sup>187</sup> Prescrizione già citata per l'itterizia estiva all'inizio di questa pagina.

¶ Ex capis aut pullastris Mirause<sup>188</sup> Catellonicum<sup>189</sup>, Platinae verbis describemus in Capo F.

¶ E pullastris pastilli, ex libro Germanico Baltasaris Stendelii. Pastillo confecto pullastras rite paratas membris confractis impone: et pro magnitudine pastilli tria aut quatuor ova addito, salem, et zinziber satis abunde. per aestatem convenit etiam uvas passas Corinthiacas addi, ut caponibus quoque et aliquid butyri recentis. operculum etiam facies quale pro pastillo e capone praescribitur, et ovis illines. Horis duabus coques. Quod si frigidum habere malis, ius per foramen superius effundito, et pingui separato flatu, idem rursus affundito.

Cum pulli in olla operata coquantur, vel assantur potius in butyro, affuso etiam vino modico cum semiassi sunt, nostri hoc genus cocturae vocant verdempffen. Latine forsan suffocare dixeris, quemadmodum ova pincta<sup>190</sup>, id est suffocata Graeci efferunt.

Sunt qui uvarum acinos cum pullo in olla operata coquant. deinde conterunt, exprimunt, et rursus ad pullum affundunt cum butyro, Baltasar Stendelius.

Et rursus ad idem, Pullos rite paratos in ollam inde, vinum et ius carniū affunde, cum modico salis et

¶ With Platina's words I will describe the CATALAN MIRAUSE in the chapter of the Capon paragraph F.

¶ PIES OF PULLETS drawn from the book in German of Balthasar Staindl\*. After you prepared the wrap of pastry, put on it the pullets prepared as usual with disjointed limbs: and, according to the size of pastry wrap, add three or four eggs, salt and a fair bit of ginger\*. In summer it is worthwhile to add also raisins of Corinth, as to capons too, and some fresh butter. You will also prepare a covering as prescribed for capon pie, and sprinkle it with eggs. Let cook for two hours. But if you prefer it cold, pour out the broth through the upper hole and after the fat has been separated with a blow, pour it on again.

When chickens are cooked in closed pot, or when are roasted preferably in butter with also a sprinkling of a little wine when half roasted, our people call this kind of cooking as *verdempffen*, in Latin perhaps you could say *suffocare* - to smother, so as Greeks call *pinctà* - cooked in a well closed pot - the eggs, that is, smothered.

There are some people cooking grapes along with the chicken in a pot closed with cover: then they crush, squeeze and pour them again on the chicken with butter, Balthasar Staindl.

And again for a stew: Put inside a pot the chickens prepared as usual, add wine and meats' broth with

---

<sup>188</sup> Nel testo anonimo in catalano Sent Sovi (1324) suona come Mig-raust. Mastro Martino\*, dal quale il Platina ha tratto la ricetta, in italiano medievale lo chiama Mirrause e Roberto di Nola nel suo testo in catalano scrive Mirraust. Mig raust in tedesco visigoto significa mezzo arrostito, come mi ha specificato Marie Joséphe Moncorgé in una preziosa e-mail del 16 agosto 2005: "En effet, mig raust = à moitié rôti, en allemand wisigoth. Comment ce mot a-t-il survécu jusque dans une recette catalane du 14<sup>e</sup>? En tous cas, mig raust devient mirrause chez Martino, mirrauste chez Robert de Nola, miraus chez Scappi." - Nella trascrizione del testo di Roberto di Nola a mia disposizione (*Lybre de doctrina Pera ben Servir: de Tallar: y del Art de Coch*) sta scritto Mirraust, e non una volta sola, ma credo che il vocabolo possa considerarsi equivalente a Mirrauste.

<sup>189</sup> In Platina - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499 - esiste solo catellonicum:

VI,12 Mirause catellonicum

VI,32 Patina catellonica

VI,41 Cibarium album catellonicum - che però suona catellonicum nell'indice

VII,60 Carabazum catellonicum

VII,72 Leucophagum catellonicum

L'aggettivo sostantivato Catellani - e non Catelloni - è usato da Platina in Liber VI,12 - MIRAUSE CATELLONICUM - Catellani gens quidem lauta: et quae ingenio ac corpore italicae solertiae haud multum dissimilis habetur obsonium: quod mirause illi vocant: sic condiunt [...]

In Aldrovandi il mirause ricorre una sola volta e possiamo ipotizzare - ma solo ipotizzare - che egli abbia desunto l'aggettivo Catellanicum che l'accompagna dal suo maestro l'Ornitologo, cioè da Conrad Gessner.

Dal momento che catellonicum potrebbe essere un'abituale variante di catellanicum, il *Catellanicum* di Gessner e di Aldrovandi non viene corretto. E che catellonicum possa essere una comune variante di catellanicum possiamo arguirlo dal testo di Gessner in cui il mirause ricorre due volte - prima come catellonicum e poi come catellanicum - salvo che *Catellanicum* sia un puro errore tipografico: pag. 413: Mirause Catellanicum: Catellani gens quidem lauta, et quae ingenio ac corpore Italicae solertiae haud multum dissimilis habetur, obsonium, quod mirause illi vocant, sic condiunt: [...] - La conferma a questa mia decisione di accettare sia *catellanicum* che *catellonicum* mi giunge dal Dr Thomas Gloning - Institut für Germanistische Sprachwissenschaft, Università di Marburgo, Germania - il quale così mi ha risposto con una e-mail del 17 settembre 2005: M.E. Milham, dans l'édition de Platine, ne change pas \_catellonicus\_, donc je pense que c'est une forme assez régulière dans le temps. Aussi, la variation entre des différentes formes était plus grand à ce temps qu'aujourd'hui.

<sup>190</sup> L'aggettivo greco *pniktós* significa soffocato, strangolato, cotto in vaso ben chiuso, stufato.

aromatici pollinis crocei. quod si iusculum crassius desideras, segmenta duo panis albi tosta bullienti iuri injicito, cum ferbuerint, extractis una cum iecore tritis exprimito succum colando per aromaticum pollinem, et rursus affundito, et perfecte coqui sinito. Sunt qui limonum (quae poma sunt de genere citreorum) segmenta cum pullis elixant, quae deinde iis cum inferuntur imponunt, etc.

¶ Pullos elixos vel suffocatos, ut diximus, nostri aliquando cum pisis recentibus seorsim coctis inferre solent.

¶ Gelu cum expresso succo carnis gallinae pulli, in Gallia usitatum pro febrientibus et aliis ad vires restaurandas. Carnem pulli et pedes vituli aut vervecis discoques donec caro incipiat dissolvi, tum percolabis et exprimes succum, cui adijcies bonam partem sacchari ac pollinis cinnamomi: purificabis cum albuminibus et testis ovorum, colabis denuo, addesque crocum, aut aliud quippiam pro colore quem {desyderas} <desideras>, viride, rubrum, etc. si acidum placuerit, aceti aliquid, vel rob, id est defrutum aliquod eius saporis, ut de ribes aut berberis addi potest.

¶ Cibarium contusum: Gallinam vel caponem percoquito donec carnes bene mollescant, et in pila pulpam una cum ossibus contunde. quod si parum carnis fuerit, licebit etiam segmenta albissimi panis simul conterere. tum una cum iure omnia per aeneum vas colatorium exprimes, modicum generosi vini, et croci aromatumque quantum satis videbitur adijcies, et coques aliquandiu, cum inferre volueris, panem tostum subijcies, interdum ova extra testam in aqua cocta impones. Reliquias etiam gallinarum et caponum a mensa, carnes scilicet cum ossibus aliqui tundunt, et ferculum parant: cui nonnulli elixum hepar agninum contusum adijciunt. Hic cibus puerperis, et iis qui venam secuerint convenit, Baltasar Stendelius.

¶ Si vespertinus subito te oppresserit hospes, | Ne gallina malum responset dura palato, | Doctus eris vivam misto mersare {falerno} <Falerno>: | Hoc teneram faciet, Horatius 2. Serm.<sup>191</sup> Nux pullo inclusa illum longe celerius coqui facit, Cor. Agrippa.

some salt and aromatic flour of saffron. But if you desire a more fat little broth, put in the broth when boiling two toasted slices of white bread, when they come to the boil, after they have been taken out and minced with the liver, squeeze the juice and strain it through the aromatic flour, and put it back in the pot, and let it cook properly. There are some people cooking with chickens some slices of lemon (which is a fruit of citron's kind) and then put slices on them when are served, etc.

¶ As I said, sometimes our fellow countrymen usually put on table cooked or stewed chickens with fresh peas cooked apart.

¶ The ice with juice made by squeezing chicken's meat is used in France for those who have fever and for others to bring back their energies. You will cook for a long time flesh of chicken and foot of calf or of castrated ram until the meat begins to dissolve, thereafter you will filter it and press out the juice, to which you will add a good quantity of sugar and powdered cinnamon: you will purify it with egg whites and eggshells, strain it a second time and add saffron or something else of green, red, etc., according to the color you desire. If you like it sour, some vinegar can be added, or *rob*\*, that is, a juice of the same taste as that obtained from currant\*, or of barberry\*.

¶ CRUSHED DISH: Cook a hen or a capon for a long time until the meats are quite soft and crush the pulp with the bones in a mortar. But if there is little meat it is possible to crush together some chunks of very white bread. Then strain the whole along with the broth through a bronze sieve, you will add some good wine, and a quantity of saffron and spices you think enough, and you will cook for some time, and when you will serve, place beneath toasted bread, sometimes you will place over shelled eggs cooked in water. Some also crush leftovers of hens and capons, that is, bones with meat, and prepare a course: to which some add lamb's liver boiled and crushed. This food is suitable for those who have just born a child and for those who have been bled, Balthasar Staindl.

¶ If suddenly an evening guest will overtake you, in order that the hen doesn't come out unpleasantly hard for the palate, you will be crafty in dipping her alive in new Falernian\* wine: this will soften her, Horace\* *Satirae* 2<sup>nd</sup> - or *Sermones* as he calls them. A walnut inserted in the chicken lets it cook very more quickly, Heinrich Cornelius Agrippa\* von Nettesheim.

<sup>191</sup> *Satirae* II,4,17-20: Si vespertinus subito te oppresserit hospes, | ne gallina malum responset dura palato, | doctus eris vivam musto mersare Falerno: | hoc teneram faciet.

¶ In pastillum gallinaceum. Cristas pullorum trifariam, iecuscula quadrifariam dividito: testiculos integros relinquito, laridum tessellatim concidito, nec tundito. duas aut tres uncias vitulinae adipis minutatim concidito, aut loco adipis medullam bubulam aut vitulinam addito. Gingiberis, cinnami, saccari, quantum satis erit sumito. Haecque omnia cum cerasis acribus (acidis) ac siccis ad quadraginta misceto, inditoque in pastillum ad id apte ex farina subacta factum. In furno aut sub textu in foco decoqui potest. Semicoctum ubi fuerit, duo vitella ovorum disfracta, modicum croci et agrestae superinfundes, Platina 6. 38.<sup>192</sup>

¶ Edulium in asthmate et aliis affectionibus pectoris, cum aegri infirmi sunt admodum. Pullum vel gallinam iuvenem pinguem cum ordeo puro discoquito donec liquefiat, tum tere pullum pulpa et ossibus, et parum ptisanae infunde, exprime, cola. praestabit quidem pullo dum teritur aquam rosaceam affundere, [390] et diligenter miscere, Arnoldus in libro de aquis. Idem in libro de conservanda sanitate: Album ferculum (inquit) de pullis gallinarum frequenter sumi poterit, modo ne fiat de pulpis effilatis, (sic loquitur) sed ex transverso subtiliter incisus: et postea contritis ac ligatis cum lacte amygdalarum, paucove amylo aut polline oryzae.

¶ FOR A CHICKEN'S PIE: Divide in three parts the combs of the chickens and their livers in four parts: keep the testicles entire, cut up the lard into small squares and don't pound it: cut up into small morsels two or three ounces [around 50-75 g] of calf fat, or in place of fat add marrow of ox or calf. Take as much as enough of ginger, cinnamon and sugar. And mix all these things with about forty sour (acid) and dry cherries, and put them in a suitable wrap of pastry made with kneaded flour. This can be cooked in oven or on fire under a dish towel. When it is half cooked pour on two beaten egg yolks, some saffron and agresta, Platina 6<sup>th</sup>, 38.

¶ FOOD IN CASE OF ASTHMA AND OTHER THORAX DISEASES, WHEN PATIENTS ARE VERY ILL. Cook properly a chicken or a young fat hen with pure barley until became mash, then grind up the chicken with pulp and bones and mix a little barley decoction, squeeze, strain. But it will be useful to pour on chicken, while it is minced, water of roses and to remix carefully, Arnaldus from Villanova\* in the book *De aquis*. The same author in the book *De conservanda sanitate* says: Often a white dish will be eaten made with young chickens of hens, as long as it is not done with stringy flesh (he says so), but cut in thin bits transversally: and then crushed and amalgamated with milk of almonds or with little starch or rice flour.

#### Page 390

Ius gallinaceum cum amygdalis: Cape tibi selibrum amygdalarum, tres ovorum vitellos exiguos, iecuscula gallinarum, panis e simila modum duorum ovorum, cremae lactis quantum semiobolo emitur, ius gallinae veteris perfecte coctum. Tum amygdalas contusas cum iure percolando exprime, et da. Vel pone prius in hoc iure sic parato pullum prius coctum, et modice simul effervere sinito, ut densiusculum fiat: et modicum cinnamomi, caryophyllorum salisque addito, Baltasar Stendelius.

Ex eodem ius viride pro gallina (aut pullo): Pyret<h>ro, sampsucho, petroselino minutatim dissectis vinum affunde, simul agita, {saccharum} <saccharon> et aromatis aliquid adde, et affunde iuri in quo gallina cocta est: nec amplius coquito ne color viridis evanescat.

Conditura pro gallinis elixis: Gallinam elixam integram, vel in partes divisam, bene purgatam in

BROTH OF CHICKEN WITH ALMONDS: Take half a pound [around 160 g] of almonds, three small egg's yolks, hen's livers, extra fine bread corresponding to two eggs, as much as milk cream can be brought with half an obol\*, broth of old hen properly boiled. Then squeeze the almonds minced with the broth filtering them through a strainer, and serve. Or firstly place in this broth so prepared a previously boiled chicken, and let them boil together a little bit so that it becomes a bit more concentrated and add a little cinnamon\*, clove\* and salt. Balthasar Staindl\*.

From the same author A GREEN BROTH FOR A HEN (OR A YOUNG CHICKEN). After Roman pellitory\* - or Mount Atlas daisy, marjoram\* and parsley have been finely grinded, pour wine over them, shake them jointly, add sugar and some spice, and pour in the broth in which the hen has cooked, and don't cook her any further lest the green color disappears.

SEASONING FOR BOILED HENS: Place in a pot an entire boiled hen or divided asunder, well polished

<sup>192</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499, questa ricetta si trova al capitolo 37.

ollam inde, permodicum aquae affunde cum pauco vino dulci, et butyri modicum adde, et pollinis aromatici nonnihil de macere<sup>193</sup>, cinnamomo, caryophyllis. Cura diligenter ne diutius ad ignem maneat hoc ferculum. fit enim prorsus inutile. Tolles cum ad russum colorem gallina vergit, et ius mediocre habet. Si dulce placuerit, saccarum per se vel cum aromatibus adijcias.

Aliud edulium de pullis vel capis cum pane tosto, etc. ex eodem. ipse Germanice vocat *plutzte huener*. Pullos aut capos assos frustatim dissectos saccharo cum aromatibus condies, ac vino dulci perfundes, imponesque segmentis e pane albo tostis eodem vino dulci madentibus. frigidum impones.

Condimentum quo gallina vel pullus farcitur. iecur et ventriculum e gallina manu diligenter eximes, ita ne quid frangas. haec minutatim concisa cum ovo permisce, et croceum colorem adde si placet. addes et olus viride concisum, vel uvas passas minores: his immissis pollinem aromaticum affundes et ventrem gallinae religabis, eamque in olla coques eo genere quod suffucationem vocant, (*verdempffen*). Caeterum pro gallina assanda, condimentum hoc in patella mixtum cum ovo subiges, et in ventrem immittes, Idem. Praescribit et alios quosdam modos, (*ein angelegre henn/knödle von hennen*<)> quos brevitatis gratia relinquo.

Aliqui gallinam pullam in optimo vino albo discoquunt, et dissolutam coctione diutina exprimunt, colantque ius, et cum ovi vitello ad ignem miscent. hac sorbitione prostratas aegrorum vires mirifice restaurari aiunt. ¶ Liquamen quomodo fiat ex adipe gallinaceo et anserino, vide in Sue F. ex Platina ¶ Porcelli dimidia parte assi et dimidia elixi, fartique turdis ac ventriculis gallinaceis, Athenaeus meminit libro 9. ¶ Mutagenat, est cibus qui fit in aliquo vase cum lacte seminum communium (cucurbitarum generis,) iure gallinae et vitellis ovorum. conditur autem saccharo et polline qui constat cinnamomo, spica, cubebis, calamo aromatico et cari semine. coquitur ad ignem, et apposita super vas testa

up, pour very little water with little sweet wine and add some butter and a little bit of aromatic powder gotten from nutmeg\* or mace, cinnamon and cloves. Avoid carefully that this course remains too much time on fire. For it becomes quite unusable. You will remove it from fire when the hen is verging on red and has little broth. If you like it sweet, add sugar alone or with spices.

Again from Balthasar Staindl ANOTHER FOOD MADE WITH CHICKENS OR CAPONS WITH TOASTED BREAD ETC. He in German calls it *plutzte huener*. Season roasted and cut asunder chickens or capons with sugar along with spices and sprinkle them with sweet wine and place them on toasted slices of white bread soaked in the same sweet wine. You will serve cold.

SEASONING BY WHICH A HEN OR A CHICKEN ARE STUFFED. With the hand you will carefully remove from the hen the liver and the gizzard so that nothing is broken. When finely cut up, mix them with an egg, and, if you wish, add a saffron coloring. You will add as well crushed kale, or small raisin: after these ingredients have been placed you will scatter spice dust and stitch up the belly of the hen and cook her in a pot in the fashion they call stewed (*verdempffen*). Moreover, to make a roast hen, mix in a frying pan this seasoning blended with an egg and you will put it in the belly, again Balthasar Staindl. He suggests some other manners too (*ein angelegre henn/knödle von hennen*) which I am omitting for shortness reasons.

Some people cook properly a young hen in excellent white wine and squeeze her when crumbled with a long cooking, and strain the broth and mix it on fire with an egg yolk. They say that by this drink are marvelously restored the prostrate energies of sick people. ¶ How a juice can be prepared from fat of hen and goose, see in pig's chapter paragraph F drawn from Platina\*. ¶ Athenaeus\* in 9<sup>th</sup> book - 19,376c-d - quotes the piglet half roast, half boiled and stuffed with thrushes\* and chicken's gizzards. ¶ *Mutagenat* is a food prepared in a terracotta vase with a lactescent juice of common seeds (of *Cucurbitaceae* genus), with hen's broth and egg yolks. It is seasoned with sugar and an aromatic mixture done with cinnamon,

<sup>193</sup> Il sostantivo greco neutro indeclinabile *máker* oppure *mákeir* indica in Dioscoride l'arillo profumato della noce moscata (Lorenzo Rocci). Arillo è l'involucro che si sviluppa attorno all'ovulo dei vegetali a partire dal funicolo, di aspetto generalmente carnoso e che permane ad avvolgere il seme, in parte o completamente, come per esempio quello rosso, ricco di sostanze zuccherine del tasso\* o albero della morte, *Taxus baccata*. - In latino il vocabolo greco suona *macir* in Plinio *Naturalis historia* XII,32: Et macir ex India advehitur, cortex rubens radices magnae, nomine arboris suae. - Pierandrea Mattioli\* fa una lunga disquisizione a proposito dell'identificazione sia del *máker* di Dioscoride che dell'equivalente *macir* di Plinio, ma per brevità accettiamo quanto riferito da Lorenzo Rocci, e accettiamo *macere* invece di *macir*, in quanto *macer* viene declinato da Mattioli come sostantivo latino maschile. - In italiano *macir* si è trasformato in *macis*, che è il nome commerciale dell'involucro carnoso - dell'arillo - che avvolge il seme della noce moscata: da fresco ha colore rosso vivo e diventa giallo rossastro quand'è essiccato.



calida, Sylvaticus.

¶ Ex volucrum genere gallinae (gallinaceum genus) omnibus praestant. sint autem altiles, Aëtius in cura colici affectus. Avium caro minus nutrit quam quadruped*<i>*um, sed facilius concoquitur, praecipue perdicis, attagenis, columbae, gallinae et galli, Galenus 3. de alimentis. Idem in libro de cibis boni et mali succi enumerans cibaria laudata, et neque tenuem neque crassum succum (aut sanguinem) gignentia, adnumerat ex avibus gallos et gallinas, etc. quod et in aliis libris ab eo repetitur, et secutis eum authoribus aliis. Temperatum bonumque sanguinem ornithopula (id est pulli gallinacei) gignunt nec tenuem nec crassum plus iusto, Simeon Sethi. Gallinae (et pullorum gallinaceorum, Sethi) caro facile concoquitur, Galenus in libro de diff. continui. Minus suavis est quam phasiani, sed similis ei in coctione et nutrimento, Ibidem. Gallinae caro accomoda est siccis, Galen. 6. de sanit. tuenda. Gallinacei utiles sunt calidis et siccis, Idem 8. Methodi. Gallinae co<ho>rtales non edendae sunt homini qui {ociose} <otiose> vivat, sed montanae potius, Idem in libro de atten. victu. Gallinacei pulli prosunt iis qui minus se exercent et otiosis, (hoc Galenus non concedit, cuius haec sunt verba: Gallinae carnis usum, iis quibus ratione victus tenui opus est, exercitatis quidem non prohibeo, praesertim earum quae in montibus fuerint educatae, at qui se non exercent, iis gallinacea carne minus utendum est. alis tamen gallinarum vel in tenui victus ratione vesci licebit: quanquam neque viscera, neque gallinaceorum testes huic diaetae sunt idonea.) et simul quibus facile obstruuntur meatus. his insuper qui stomachum calidum habent, unaque alvum promovent, Simeon Sethi. Gallinarum (vel gallinaceorum pullorum) caro secundo loco est quo ad bonum succum generandum post attagenas, praesertim si pinguis fuerit. talis etiam corpus humectat et otiosos iuvat, coloremque bonum comparat, et genitali semini adiicit, et cerebri substantiam auget. et in primis earum (vel pullorum) medulla. haec enim cerebrum abunde nutrit. et idcirco aiunt, quod his qui leviori ingenio ac mente sunt, prodest, Idem. Caro pullorum gallinaceorum (gallinarum alfethi<sup>194</sup>) intellectum auget. vocem clariorem reddit, et genituram in iuvenibus auget, Avicenna. Gallorum veterum caro astringit, ius solvit. (vide infra in G.) gallinarum vero ius astringit, Galenus in opere de simplicibus,

matgrass\*, cubeb pepper\*, sweet flag\* and German cumin\* seeds. It is cooked on fire and after a hot terracotta cover has been placed on the vase, Matteo Silvatico\*.

¶ Among birds' genus the hens (the gallinaceous genus) are above all. But they have to be battery hens, Aëtius of Amida\* when speaking about treatment of colic diseases. The meat of birds nourishes less than that of quadrupeds, but is more easily digested, above all that of partridge\*, francolin\*, pigeon, hen and rooster, Galen\* 3<sup>rd</sup> book of *De alimentorum facultatibus*. Always he in *De probis pravisque alimentorum succis* - or *De bonis malisque succis* - when listing the approved foods and not producing a humor (or blood) neither too much fluid nor dense, he quotes among birds the roosters and the hens, etc. Which is also by him repeated in other treatises and by other authors his followers. The *ornithopula* (that is, the chickens) give a production of rightly compounded and good blood, and it is neither more fluid nor thicker than fitting, Simeon Sethi\*. The meat of hen (and of chickens, Sethi) is easily digested, Galen in the book *De differentia symptomatum* (?). It is less tasteful than that of pheasant\*, but it is similar as far as digestibility and nourishing power is concerned, in the same treatise. The meat of hen is suitable for those who are dehydrated, Galen 6<sup>th</sup> *De sanitate tuenda*. The chickens are useful for those who are hot and dehydrated, always he in 8<sup>th</sup> book of *Methodus medendi*. Courtyard hens have not to be eaten by a human being living in idleness, but rather those of mountain, always he in the treatise *De victu attenuante* - or *De subtiliante diaeta*. The chickens are good for those doing little physical activity and for idle ones (Galen doesn't agree on this, and his words are as follows: I don't forbid the use of chicken meat by those needing a scant food if they took some exercise, above all of those hens bred in mountain, but those who don't take exercise have to use meat of chicken in lesser quantity. Nevertheless it will be allowed anyway to feed on wings of hens when the need of food is little: nevertheless neither entrails nor roosters' testicles are proper for this kind of diet.) and at the same time for those easily running into intestinal sub-occlusion. Moreover for those having inflamed stomach and diarrhea at the same time, Simeon Sethi. The meat of hens (or of chickens) has the second place after francolins in order to produce good blood, above all if is fat. Such a meat makes the body damp and is useful to idle ones, and gets a beautiful complexion, and makes the genital seed increasing, and strengthens the cerebral substance. And in first place the

<sup>194</sup> Pagina 415: Gallinae alfethi, secundum expositores Arabes, sunt gallinae quae nondum pepererunt ova, Andrea Bellunen.

<sup>257</sup> *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps. - Il *gallinarum adeps*, messo da Plinio come una postilla esplicativa di cosa sia la membrana che abitualmente si getta via, è invece un ulteriore rimedio contro l'otite purulenta. - Certo è che i testi di Plinio potrebbero essere abbondantemente utilizzati per confezionare i rebus della Settimana Enigmistica!

<sup>258</sup> *Naturalis historia* XXX,27: Linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus parvae texuntur.

¶ Adeps anser. aut gall. recens et sine sale conditus, ad vulvae vitia proficit, (vel, ut alibi, mulieribus malis convenit:) sale inveteratus, et qui temporis spatio acrimoniam concepit, vulvae inimicus est, Dioscor. Anserini vel gall. adipis usum ad foetum pellendum in Anseris diximus. Recens laudatur ad dolorem matricis: et in eiusdem apostemate instar emplastri imponitur, Rasis. Cum nardo liquefacta ad muliebria pessaria facit, Kiranides.

¶ Galli cristam contritam morsibus canis rabidi efficaciter imponi aiunt, Plinius<sup>259</sup> et Kiranides. Gallinae cristam aridam da in cibo ei qui mingit in lecto nescienti: curabitur, Rasis. alii hoc remedium ex gula et larynge promittunt. Capitis doloribus remedio est gallinaceus, si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui doleat, evulsis collo plumis circumligatisque, vel cristis, Plinius<sup>260</sup>, et Marcellus sed paulo aliter.

¶ Ossiculis gallinarum in pariete servatis, fistula salva, {adacto} <tacto> dente, vel gingiva scarificata, proiectoque ossiculo, statim dolorem abire tradunt, Plinius<sup>261</sup>. Inguinibus mirabile exhibet remedium, ex gallinacea ala ossiculum extremum, cochleario terebratum, nodisque septem licio ligatum, atque ita brachio vel cruri eius partis quae inguina habet suspensum, Marcellus.

¶ Gallinae tibiae cum pedibus coctae, et cum sale, oleo acetoque comestae, coli (alias colli) sedant dolorem, Constantinus et Aesculapius. Ego coli legendum puto ex Marcello Empirico, cuius haec sunt verba: Gallinam per totum diem a cibo abstineto. dein postero die cum eam occideris, crura eius cum sale et oleo inassato, et ieiuno colico qui se pridie cibo abstinerit manducanda dato, mirifice profueris.

¶ The fresh fat of goose or chicken, and without the addition of salt, turns out useful against the diseases of vulva (or, as he says elsewhere, turns out useful in gynecological diseases): that one seasoned with salt and which by running of time became rancid, is enemy of the vulva, Dioscorides. In the chapter of the goose I spoke about the use of fat of goose or chicken for the expulsion of the fetus. The fresh one is extolled against the pain of the uterus: and in case of uterine abscess it is applied as poultice, Razi. Liquefied with matgrass acts as pessarium\* for women, Kiranides.

¶ They say that against the bites of a rabid dog is applied with very good results the minced comb of a rooster, Pliny and Kiranides. Place a dried comb of hen in the food for a person who unaware is urinating in bed: he will recover, Razi. Others vouch for this remedy using throat and larynx. A remedy for headache is represented by a rooster who, if kept locked up, is fasting one day and night, making him fasting as much as he who has pain, and if after the feathers from his neck have been removed they are wound around the head of the patient, or using the combs, Pliny and Marcellus, but in a little different way.

¶ They report that pain immediately disappears if the tooth is touched or if the gum is lanced with little bones of hen preserved in a wall with their intact medullar hollow, and if the little bone is thrown away, Pliny. The most peripheral little bone of the wing of a chicken perforated with the pointed tool for eating snails - or with a gimlet - and tied with seven knots to a thread, and so suspended either to the arm or to the leg of that side showing inguinal swellings, it turns out a marvelous remedy for them, Marcellus.

¶ The legs of hen cooked with feet and eaten with salt, oil and vinegar make the pain of the colon to ease (or, of the neck), Constantinus and Aesculapius. I think that we have to read *of the colon* from Marcellus Empiricus whose words are as follows: Make a hen to abstain from food for the whole day. Then the following day, when you will have killed her, roast her legs with salt and oil, and give them to be eaten on empty stomach to a patient suffering from pains of the colon, who the day before abstained from food, and you will help him in an amazing way.

<sup>259</sup> *Naturalis historia* XXIX,100: Aiunt et cristam galli contritam efficaciter imponi et anseris adipem cum melle.

<sup>260</sup> *Naturalis historia* XXIX,113: Cornicis cerebrum coctum in cibo sumptum vel noctuae, gallinaceus, si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius, cuius doleat, evulsis collo plumis circumligatisque vel cristis, mustelae cinis inlitus, surculus ex nido milui pulvino subiectus, murina pellis cremata ex aceto inlito cinere, limacis inter duas orbitas inventae ossiculum per aurum, argentum, ebur traiectum in pellicula canina adalligatum, quod remedium pluribus semperque prodest.

<sup>261</sup> *Naturalis historia* XXX,26: Ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva tacto dente vel gingiva scariphata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, [...].

¶ Gallinacei cerebellum recentibus plagis prodest, Plin.<sup>262</sup> Dioscorides animalia theriaca, id est quae vim morsibus venenatis contrariam habeant enumerans, gallinaceorum etiam cerebella in cibo commendat. Gallinarum cerebellum in vino bibendum datur contra serpentium morsus, Idem. Aesculapius et Constantinus. contra scorpionum ictus, Kiranides. Idem galli cerebrum cum aceto (alias condito) adversus serpentium morsus bibendum consulit. Venena serpentium domantur gallinaceorum cerebro in vino potio: Parthi gallinae malunt cerebrum plagis (morsibus serpentium) imponere, Plinius<sup>263</sup>. Gallinacea cerebella cum vino pota medentur viperarum morsibus, Dioscorid. ex Erasistrato et Aegineta. Ἡὲ σὺ γ' ἐγκεφάλῳ περίξ μῆνιγγας ἀραιὰς | Ὕρνιθος λάξῳ κατοικίδος, Nicander<sup>264</sup>. Petrichus etiam, ut Nicandri Scholiastes refert, contra serpentium morsus gallinae cerebrum commendat. Ad viperarum morsum: Galli cerebrum cum posca adiecto pipere, his qui a vipera percussi sunt vel morsi, potui dabis. auxilium maximum experieris, Sextus.

¶ The brain of chicken is useful in case of recent wounds, Pliny. Dioscorides, when listing the animals protecting from poisons, that is, those endowed with a power against poisonous bites, recommends as food also the brain of chickens. The brain of hens is given to be drunk with wine against the bite of snakes, still Dioscorides. Aesculapius and Constantinus recommend it against the sting of scorpions, Kiranides. Still he, in his opinion against the bite of snakes the brain of the rooster has to be drunk with vinegar (or with spiced wine flavored with pepper and honey). The poisons of snakes are made harmless with brain of chickens drunk with wine: the Parts\* prefer to apply on wounds (on bites of snakes) the brain of hen, Pliny. The brain of chickens drunk with wine makes the bites of vipers to recover, Dioscorides, drawing this from Erasistratus\*, as well as Paul of Aegina. Ἐὲ σὺ γ' ἐγκεφάλῳ περίξ μῆνιγγας ἀραιὰς | ὄρνιθος λάξῳ κατοικίδος - You have to be able in grasping the domestic bird around the thin meninges of the brain, Nicander of Colophon\*. Also Petricus\*, as the expounder of Nicander reports, recommends the brain of hen against the bite of snakes. Against the bite of viper: To those people who have been stricken or bitten by a viper you will give to drink brain of rooster with water and vinegar with the addition of pepper. You will try out an huge help, Sextus Placitus Papiensis\*.

Page 397

Contra omnium phalangiorum [397] (araneorum, Rasis) morsus remedium est gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in posca, Plinius<sup>265</sup>. Ad cunctos autem morsus ictusque minorum, | Exiguo piperis cerebrum conspergito galli, | Quo lita (alii authores bibi, non lini volunt) sanescunt depulso membra dolore, Serenus. Gallinarum cerebellum sanguinem a cerebri membrana profluentem (per nares a cerebri velaminibus, Avicenna) sistit, Dioscorides<sup>266</sup> et Plinius<sup>267</sup>.

Against the bites of all the poisonous arachnids (of spiders, Razi\*) the brain of chicken drunk with water and vinegar and with a little bit of pepper represents a remedy, Pliny\*. But against all the bites and stings of bugs, | place on them brain of rooster with little pepper, | and the areas covered by it (other authors think that it must be drunk, not applied) are recovered with disappearance of the pain, Serenus Sammonicus\*. The brain of hens staunches the blood coming out from the membrane enveloping the brain (from the membranes enveloping the brain and which

<sup>262</sup> *Naturalis historia* XXX,117: Draconum quoque adeps siccatus in sole magnopere prodest, item gallinacei cerebrum recentibus plagis.

<sup>263</sup> *Naturalis historia* XXIX,78: Carnibus gallinaceorum ita, ut tepebunt avulsae, adpositis venena serpentium domantur, item cerebro in vino potio. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis imponere. Ius quoque ex iis potum praeclare medetur, et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, praecipue si et alium fuerit incoctum.

<sup>264</sup> *Theriaca* versi 557-558 (Jacques, Paris, 2002) - Così suona nella traduzione latina di Jean de Gorris (1505-1577): Quaeque cohortalis gallinae parva cerebrum | membrana involvit, [...]. (Parigi, 1557)

<sup>265</sup> *Naturalis historia* XXIX,88: Contra omnium morsus remedio est gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum in posca, item formicae V potae, pecudum fimi cinis inlitis ex aceto et ipsi aranei quicumque in oleo putrefacti.

<sup>266</sup> *De materia medica* II,43 di Mattioli: sanguinem a cerebri membrana profluentem sistit - II,42 di Marcellus Virgilius: Compescit idem ex cerebri membranis erumpentem sanguinem.

<sup>267</sup> Plinio parla dell'efficacia del cervello di gallina solo in caso di *profluvia ex cerebro* e non *a cerebri membrana* come Dioscoride. Ma, secondo gli antichi, l'epistassi umana originava dal cervello o semplicemente dal naso? - *Naturalis historia* XXX,112: Sanguinem sistit in naribus sebum ex omento pecudum inditum, item coagulum ex aqua, maxime agninum, subductum vel infusum, etiam si alia non prosint, adipis anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, coclearum terrena, sed et ipsis extractae testis; e naribus fluentem cocleae contritae fronti inlita, aranei tela; gallinacei cerebellum vel sanguis profluvia ex cerebro, item columbinus ob id servatus concretusque. Si vero ex vulnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

naribus sanguine fluentibus prodest, Marcellus. contra fluxum sanguinis a cerebro, Rasis. Ad sanguinem e naribus sistendum: Aut galli cerebro, vel sanguine tinge columbae, | Quod nisi supprimitur sanguis, potandus et ipse est, Serenus. Atqui Galenus in libro de simplicibus hoc remedium non tanquam e cerebello, sed e sanguine gallinae a quibusdam memoratum reprobatur, ut superius recitavi<sup>268</sup>. Cerebrum gallinarum in cibo sumptum acuit intellectum. quare caput asseritur cassare (sic habet codex impressus) caecitatem, Arnoldus in Breviario. Cerebrum gallinarum contra tremorem cerebri<sup>269</sup> commendatur a Rasi. Gingivis puerorum infricatur ut dentes absque dolore nascantur, Kiranides.

¶ Quae interiore ventriculi galli sinu residet membrana<sup>270</sup>, secti in laminas cornus specie similis, quae inter coquendum abijci solet, siccatur, (et reponitur ad remedia,) Dioscor. Pellicula ceu cortex quidam intra ventriculum gallinae stercori destinata, echinus<sup>271</sup> ab aspritudine Graecis appellatur, et lactis coagulandi vim habet, Berytius apud Constantinum<sup>272</sup>. haec vis alioqui propria tribuitur ruminantium adhuc lactentium ventriculis, quos et coagula nominant. Vide plura in Echino terrestri G. ab initio de nomine huius particulae. Magna fraude medicamentarii institores nobis imponunt, qui ex ventriculo, quo nihil in alitibus istis carnosus est, panniculos detractos et siccatos pro ingluvie vendunt. et haec est causa cur nemo hodie mihi cognoscatur, qui se feliciter in ventriculo roborando, pelliculis istis usum profiteatur: Gyb. Longolius, non ex ventriculo, sed ex primo cibi in gallinis receptaculo, quod stomachum et ingluviem vocat, hanc membranam decerpendam sentiens. Atqui ego veteres hanc vim non ingluvie aut stomacho, id est ori ventriculi

is passing through nostrils, Avicenna\*), Dioscorides\* and Pliny. It is helpful in case of bleeding nostrils, Marcellus Empiricus\*. Against the flow of blood coming from brain Razi. To stop the blood running from nostrils: Apply brain of rooster or blood of pigeon, and if the blood doesn't halt, it has also to be drunk, Serenus Sammonicus. But Galen\* in *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* condemns this remedy, mentioned by some people not as prepared with brain but with blood of hen, as I formerly reported. The brain of hen taken as food sharpens the intellect. Hence they affirm that the head cancels (so the printed code reports) the blindness; Arnaldus from Villanova\* in *Breviarium practicae medicinae*. The brain of hen is recommended by Razi against a trembling head - perhaps the essential tremor\*. It is rubbed on gums of children so that the teeth come out without pain, Kiranides\*.

¶ That membrane lying inside the stomach of the rooster, resembling to a transversally sectioned horn, and which during the cooking is usually thrown away, is dried (and preserved for remedies), Dioscorides. That pellicle, or kind of peel, located inside the stomach of the hen, devoted to dung production, because of its roughness is named by Greeks *echinos* - hedgehog\*, and is endowed with the property of coagulating milk, the geponic\* Beritius in the selection of geponic works compiled thanks to Constantine VII\* (present today in *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici*). On the other hand this property is attributed, as he specifies, to the stomach of still sucking ruminants, which they call rennet too. See more details in the chapter of hedgehog, paragraph G, starting from the beginning, about the name of this anatomical structure. The dealers of medicines palm off it on us by resorting to a big fraud, since they sell us as crop the membranes of the stomach after they dried them, in comparison with which there is nothing fleshier in these birds. And this is the reason why today I don't know anyone declaring to make use of these membranes to strengthen the stomach with a positive result: in fact according to Gisbert Longolius\* in hens this membrane has to be

<sup>268</sup> A pagina 395

<sup>269</sup> Come medici del XXI secolo si sarebbe tentati a tradurre questo tremore come tremore di origine cerebrale. Ma a *cerebrum* in questo caso - per motivi non solo etimologici - bisogna attribuire il significato di capo. Infatti *cerebrum* proviene dalla radice indoeuropea \**kar*, la quale indica "ciò che è più in alto in un organismo", "capo". Verosimilmente la prescrizione di Razi contro il *tremor cerebri* è per coloro che soffrono del cosiddetto tremore essenziale al capo. Siccome non vengono riferiti altri sintomi, è giocoforza pensare al tremore essenziale, detto *essenziale* in quanto la sua patogenesi non è ancora stata chiarita in modo soddisfacente e pertanto non può essergli attribuito un nome preciso che ne esprima la causa. L'input per l'approfondimento della ricerca è dovuto al Dr Maurizio Melato, Specialista in Neurologia presso l'Ospedale di Alessandria (19-10-2005).

<sup>270</sup> Si tratta della membrana di coilina del ventriglio, o stomaco muscolare. Nei gallinacci è facilmente staccabile con le sole mani, per cui il pollo è un uccello *kasher*, e oggi ogni Ebreo può cibarsene purché lo abbia accuratamente dissanguato.

<sup>271</sup> Il sostantivo greco maschile *echinos* identifica innanzitutto il riccio di terra o porcospino - *Erinaceus europaeus*. In seconda istanza identifica anche il riccio di mare, nome comune degli Echinodermi della classe Echinoidei; agli Echinodermi appartengono anche le stelle di mare, le oloturie, le ofiure e i crinoidi.

<sup>272</sup> Gessner ha già fatto questa citazione a pagina 387.

ingluviei aut stomacho, id est ori ventriculi galli gallinaeve, sed ipsius ventriculi, quem *κοιλίαν* proprie vocant, interiori membranae, tribuisse asseruerim. Nam et Dioscorides *κοιλίαν* nominat de hac membrana agens lib. 2. cap. 43. tum ab initio, tum in fine eius capitis. quanquam adiecta in fine a quibusdam adulterina existimantur. Et Galenus libro 11. de simplicibus post coelian, id est ventriculum mergi statim huius membranae meminit, intus adverbium ponens pro eo quod est in ventriculo. Uno tantum in loco (libro tertio Parabilium, qui Galeno falso adscribitur) galli gulam una cum larynge (scribitur autem Graece etiam *γούλαν*) iis auxiliari qui strata permingunt, legimus.

Tunica interior gallinarum lixivio calido hora una maceratur, ter lavatur, deinde vino ter<sup>273</sup> maceratur, et ter lavatur: iterum lixivio, post vino, et siccatur clibano ex quo panis extractus est, Sylvius ex Bartolemaeo [Bartholomeo] Montagnana. Ventris gallinaceorum membrana quae abijci solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, Plin.<sup>274</sup> Galli gallinacei ex ventriculo interiore membrana, quae projici solet, arefacta tritaque ex vino, adiecto paulo opii, medicamen auribus utilissimum facit, quod calefactum infusum suppurationem eius (earum) expurgat et sanat, Marcellus. Pellis interior de ventriculo galli trita cum vino auribus prodest, et sputum (pus forte) movet, Constantinus.

¶ Gallinaceorum ventris membrana inveterata et inspersa potioni, destillationes pectoris et humidam tussim vel recens tosta lenit, Plinius<sup>275</sup>. Ventriculi gallinacei membranam, qua sordes aqualiculi continentur, arefactam terito diligenter, et

peeled off not from the stomach, but from the first receptacle of the food he calls stomach and crop. But I would be inclined to affirm that ancients attributed this power not to the crop neither to glandular stomach, that is, to the first section of the stomach of rooster or hen, but to the inner membrane of the properly called stomach which they correctly call *koilian* - hollow, i.e. muscular stomach or gizzard. In fact also Dioscorides quotes the *koilian* when speaking of this membrane in the 2<sup>nd</sup> book, chapter 43, both at the beginning and at the end of this chapter. Nevertheless by some people the last additions are considered spurious. Also Galen, in 9<sup>th</sup> book of *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*, after the *coelian*, that is, the stomach of merganser\*, directly mentions this membrane, putting the adverb *intus* - inside, being that it is lying inside the stomach. Only in a passage (in 3<sup>rd</sup> book of *De remediis parabilibus* wrongly ascribed to Galen) we read that the throat of the rooster along with the larynx (in fact in Greek it is written also as *goûlan*) is useful to those wetting the bed with urine.

The inner membrane of hens is soaked for a hour in warm lye\*, is washed thrice, then is soaked thrice in wine and thrice is washed: then again in lye, then in wine, and is dried in an oven from which the bread has been removed, Jacques Dubois\* drawing from Bartolomeo Montagnana\*. That membrane of the stomach of chickens usually thrown away, aged and minced in wine, is infused warm in ears secreting pus, Pliny. The membrane of the rooster drawn from the stomach, from the stomach lying inside the body, and which is usually thrown away, dried and minced in wine, with the addition of some opium, represents a very useful medicine for ears, since when warmed up and infused cleans up and recovers its (their) suppuration, Marcellus Empiricus\*. The inner membrane of the stomach of rooster, minced with wine, is useful to ears, and removes the spit (perhaps the pus), Constantinus Africanus\*.

¶ The membrane of the stomach of chickens aged and sprinkled on a potion, or fresh and roasted, relieves the catarrhs of respiratory ways and the damp cough, Pliny. Mince very well the dried membrane of the muscular stomach of chickens - or gizzard, in which the dregs of belly are contained, and give it to be

<sup>273</sup> Semberebbe ovvio che bisogna ricambiare il vino tre volte, ma non si specifica quanto tempo deve intercorrere tra una macerazione e l'altra. Magari si cambia il vino dopo un'ora e si lava la membrana. Bisognerebbe disporre del testo di Montagnana. Potrebbe esserci scritto, che ne so, *terna*, sottinteso *hora*, per esprimere in un modo un po' insolito una macerazione in vino che deve durare tre ore, senza però ricambiarlo. Ma questa ipotesi è strampalata, perché dopo ciascuna macerazione in vino la membrana va lavata, e va lavata tre volte. Si tratta di fantasie prescrittive che solo certe menti eccelse possono elargire a noi comuni mortali. Oppure vogliono lasciare il tutto alla nostra inventiva, facendoci così assurgere al ruolo di terapeuti.

<sup>274</sup> *Naturalis historia* XXIX,139: Ventris gallinaceorum membrana, quae abici solet, inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, gallinarum adeps.

<sup>275</sup> *Naturalis historia* XXX,46: Gallinaceorum ventris membrana, si inveterata est, inspersa potioni destillationes pectoris et umidam tussim vel recens tosta lenit.



cum vino potui dato, humidam tussim sedabis, Marcellus.

¶ Trita in vino convenienter stomachicis datur in potu, Dioscorides. Ant. Gainerius has membranas praeparatas miscet medicamento cuidam ad confortandum ventriculum: item Leonellus medicamento ad stomachi dolorem. Tunicam interiorem ventriculi secundi gallinarum miro quodam modo, lotam et siccata, et potam, stomachicis augere coquendi facultatem, falsum esse expertus est Galenus (de medic. simplicib. lib. 11.) Unde subit admirari in ea {haeresi} <haerese> falsa medicos omnes etiam hodie permanere. Putant, opinor, eam vim illi esse, quod ea similis sit tunicae internae ventriculi nostri, sed vi tanta coquendi praedita, ut lapillos conficiat. sed aequius fuerit, eam tunicam ex struthiocamelo sumere, quippe cui mira sit natura coquendi, quae sine delectu devorarit, (ut refert Plinius 10.1.<sup>276</sup>) ut ferrum et ossa vervecum integra. Unde et pelles eorum<sup>277</sup> cum plumis mollioribus concinnatas stomachicis applicant, Sylvius. An non vident harum pellicularum temperamentum vitari siccatione: et vim illam coquendi vivis inesse, non superesse mortuis: nec fortasse pellibus illis insitam, sed potius a carne multa crassa densaque pelliculam hanc undique ambiente: Iac. Sylvius.

Si hordeo malo aut nimio iumentum laeditur, remedium est pelliculam de ventre pulli siccata fumo deterere, additisque octo scrupulis piperis, et quatuor cochlearibus mellis, et uncia pollinis ex thure, cum sextario vini veteris tepefacto per os dare, Vegetius<sup>278</sup>.

¶ De usu eiusdem pelliculae ad ileon, vide infra in remedio ex icore. ¶ Hanc pelliculam de gallina nigra quidam e vulgo adversus regium morbum edendam suadent, bis aut ter.

drunk with wine, you will calm the damp cough, Marcellus Empiricus.

¶ Minced in wine is given to be drunk with good results to those with stomach trouble, Dioscorides. Antonio Guainerio\* mixes these already prepared membranes with a medicine to strengthen the stomach: similarly Leonello Vittori\* mixes it with a medicine against stomachache. Galen (11<sup>th</sup> book of *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*) has been able to show with testing that is false the fact that the inner membrane of the second stomach of hens, washed and dried, and drunk, improves in an almost marvelous way the digestive power of those with stomach trouble. That's why I cannot be surprised by the fact that still today all the physicians are fixedly keeping in that false thesis. In my opinion, they think that it has that power being similar to the inner covering of our stomach, but that it is endowed with such a great digestive power to be able to crumble pebbles. But it would be more correct to draw such a membrane from ostrich, since it is endowed with an extraordinary digestive power of the things he swallowed without tasting them (as Pliny reports in X,1) as the iron and the whole bones of castrated rams. That's why to those with stomach trouble they apply also their skin - the skin of ostriches - trimmed with the softest feathers, Jacques Dubois. Perhaps they don't realize that the power of these membranes of coilin\* is ruined by drying and that such a digestive power is present in alive subjects, while doesn't longer remain in dead ones: and that perhaps it is neither inborn in those skins, but that rather it comes from the big amount of thick and dense flesh surrounding all over this membrane, Jacques Dubois.

If a burden animal undergoes some damages from spoiled or excessive barley, the remedy is represented by a coarsely chopping of the membrane of a chicken's stomach dried by smoking, and to give it by mouth after eight scruples of pepper [9 g] have been added, and four spoons of honey and an ounce [27.28 g] of incense dust with a *sextarius* [500 ml] of old wine warmed up, Vegetius\*.

¶ For the use of the same membrane against the intestinal occlusion, see below when I speak about remedies gotten from liver. ¶ Some of the common people against jaundice advise to eat two or three times this membrane gotten from a black hen.

<sup>276</sup> *Naturalis historia* X,2: Concoquendi sine dilectu devorata mira natura, sed non minus stoliditas in tanta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultaverint, latere sese existimantium. Praemia ex iis ova, propter amplitudinem pro quibusdam habita vasis, conosque bellicos et galeas adornantes pinnae.

<sup>277</sup> Come si può desumere dal capitolo dedicato allo struzzo - pagina 713 - questa affermazione di Jacques Dubois è riferita alla pelle non dei polli, ma degli struzzi.

<sup>278</sup> *Artis veterinariae, sive mulomedicinae libri quatuor*.

¶ Pellis interior de ventriculo galli trita et cum vino pota ventrem astringit, Constantinus. Gallorum ventriculus (Marcellus {Vergilius} <Virgilius><sup>279</sup> interpres addit, in senectute, quoniam proxime de veterum gallinaceorum iure dixerat author) inveteratus (κοιλία τριχευθεῖσα) et in umbra siccatus pondere trium unciarum (ὄσον γ' <sup>280</sup>, sic habet codex noster impressus, corrupta ut apparet ponderis nota, drachmae fortassis, quae designatur alibi in Dioscoride instar maiusculi lambda iacentis, hoc modo <,) sumptus, praesenti remedio est contra nimias purgationes, quae a deijcientibus alvum [398] medicamentis fiunt. quamprimum enim purgationes eas sistit. in quem usum terendus est et cum aqua bibendus. (δ'εἰ δὲ τρίμμα ποιεῖν καὶ ἐνοῦν μετὰ ὕδατος καὶ διδόναι. malim ita reddere, in quem usum contritus et cum aqua permixtus, [instar trimmatis aut moreti,] exhibendus est,) Dioscorides: cuius interpres Marcellus {Vergilius} <Virgilius>, Hunc locum (inquit) Serapio non habet, neque antiqua interpretatio, neque probatissimus mihi codex Latinae translationis. unde fit ut suspicemur accrevisse eum Dioscoridi, praesertim quum alienus etiam Dioscoridis sermonis in ea re ductus nobis videatur.

¶ The inner membrane of the stomach of the rooster minced and drunk with wine acts as intestinal astringent, Constantinus Africanus. The stomach of the roosters (Marcellus Virgilius\*, who is the translator, adds *when they are old*, being that the author had just spoken of broth of old roosters) aged (*koilia taricheutheisa*) and dried in shade, taken in dose of three ounces [around 80 g] (*bóson γ'*, thus has our printed code, as it seems with the corrupted symbol of weight, perhaps of the drachma\*, which in Dioscorides in other points is represented as a lain down capital lambda, thus <) represents an immediate remedy against excessive evacuations coming from medicines emptying the bowel. In fact it stops at once such evacuations. For this use it must be minced and drunk with water (I would prefer to translate *d'ei de trimma poiēn kai enoūn metā hūdatos kai didónai* as follows: for such an employment it must be given minced and mixed with water [instead of *a minced* or of *a mixed little flat bread*]), Dioscorides; and his translator Marcellus Virgilius says: Serapion\* doesn't have this passage, neither have it the ancient translation nor the for me excellent code of the Latin translation. That' why - he adds - my suspect is that this passage was added to the text of Dioscorides, above all because also the manner of writing on this subject in my opinion is disagreeing with the style of Dioscorides

Page 398

Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale, coeliacorum dolores mulcet. abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oportet, Plinius<sup>281</sup>. Membrana quae est in ventriculo gallinae siccata et trita, et cum vino austero potui ieiuno coeliaco data, medetur: ita ut ipsa gallina prius vel biduo abstineatur a cibo, et qui potionem accepturus est, ante diem frugi sit, et non coenet, Marcellus. Nicolaus Myrepsus dysentericam quandam potionem laudatam describit, in qua membrana haec cum caeteris miscetur. Membranam e ventriculo gallinae aridam: vel, si recens sit, tostam, utiliter contra calculos bibi traditur, Plinius<sup>282</sup>. Cum vino

The membrane of the hens, roasted and given with oil and salt, eases the pains of patients suffering from bowels. It is necessary that previously both hen and person abstain from cereals, Pliny\*. The membrane lying in the stomach of the hen, dried and minced, given to be drunk with dry wine on empty stomach to those suffering from intestinal pains, lets to recover: but the hen has before to abstain for at least two days from food, and he who is about to receive the potion, the day before has to be frugal and don't have supper, Marcellus Empiricus\*. Nicolaus Myrepsus\* reports a praised potion against dysentery, in which this membrane is mixed with other ingredients. They hand down that against the stones is successfully drunk the dried membrane of chicken's stomach, or roasted if it

<sup>279</sup> Nel commento al *De materia medica* (1523) liber II cap. XLII.

<sup>280</sup> In greco significa *circa 3 - roughly 3*.

<sup>281</sup> *Naturalis historia* XXX,58: Membrana gallinarum tosta et data in oleo ac sale coeliacorum dolores mulcet — abstinere autem frugibus ante et gallinam et hominem oporteat —, fimum columbarium tostum potumque. - Non si emenda il testo di Gessner con *oporteat*, anche se Plinio con *oporteat* esprimeva una prescrizione che non era rigida e imperativa come viene invece formulata da *oportet*.

<sup>282</sup> *Naturalis historia* XXX,67: [...] item membranam e ventriculo gallinae aridam vel, si recens sit, tostam, fimum quoque palumbinum in faba sumi contra calculos et alias difficultates vesicae, [...].

pota calculos frangit et per urinam eijcit, Constantinus. Celebrant quidam inter calculi remedia gallinacei ventris interiorem membranam, Alex. Benedictus. Fieri quidem potest ut aliqui huic membranae vim calculos dissolvendi inesse sibi persuaserint, ex eo quod gallinae etiam lapillos concoquere vulgo credantur, ut Dioscorides<sup>283</sup> etiam credidit. Ego quoniam experientiam huius effectus hactenus nullam audivi, nec rationem aliquam qua id effici possit video, assensionem meam adhuc cohibeo. De ventriculo galli interior pellicula in vino missa et siccata ac trita cum sale, posita (pota) cum vino vel condito, nephriticos perfecte sanat, Kiranides.

Ad sistendam exuberantiam mictionis: Accipe pelliculas quae sunt in ventre gallinarum: de quibus in Sole siccatis drachmam miscebis cum thure masculino, glande sicca, balaustiis, galla, ana 3. iii. Trita omnia melle rosato excipies, et ex frigida propinabis ieiuno, Galenus Euporiston 2.133. Ad involuntarium mictum in stratis: Galli guttur ustum ligulae mensura ieiuno ex aqua propinato, Galenus Euporiston 2. 76. Et rursus, Gallinae gulam (γούλαν) pariter cum gutture, ure, et tere diligentissime, ac ex vino vetere propina, Euporiston 3. 238. Idem remedium Rasis e crista galli<sup>284</sup> promittit. In Germanico quodam codice manuscripto invenio hasce membranas tritas utiliter bibi contra stranguriam.

¶ Adversus abortum: Suffiatur primo mulier cum filato primo cocto: deinde accipiat grassilum gallinae, et pelliculam ventriculi qua cibus continetur discutiat lavetque et modice coctam in prunis comedat, vel pollinem tritarum bibat, idque faciat per plures dies: experimento constat, Author additionum Breviarii Arnoldi Villanov. apparet autem verba quaedam inter haec aut corrupta aut barbara esse.

were fresh, Pliny. Drunk with wine it shatters the stones and makes them to be removed through urine, Constantinus Africanus\*. Some people among the remedies for stones are praising the inner membrane of the stomach of chicken, Alessandro Benedetti\*. Really, perhaps some people became convinced that this membrane has the power of dissolving stones since by common people the hens are thought able to digest also the pebbles, as also Dioscorides\* believed. Being that until now I didn't hear any experience about this power nor I foresee any reason for its occurrence, for the moment I curb my approval. The inner membrane of the stomach of the rooster put in wine and dried and minced with salt, put together (drunk) with wine or wine aromatized with pepper and honey, perfectly recovers nephritics, Kiranides\*.

To stop the excessive urination: Take the membranes lying in the stomach of the hens: and after have been dried in the sun you will mix a drachma of them [3.41 g] with three drachmas each of finest incense\*, dry acorn, flowers of pomegranate\* and gallnut\*. After all these ingredients have been minced, you will put them in rosy honey and you will give them on empty stomach in cold water, Galen\* - Oribasius\* - in *Euporista* 2<sup>nd</sup>,133. Against the unintentional nocturnal urination in bed: give on empty stomach in water a spoon of rooster's crop reduced to ashes, Galen in *Euporista* 2<sup>nd</sup>,76. And still, reduce in ashes the throat (*goulan*) of a hen along with the crop, and mince very well, and give with old wine, *Euporista* 3<sup>rd</sup>,238. Razi\* vouches for the same remedy by a cockscomb. In a manuscript German code I find that these minced membranes are profitably drunk against strangury\*.

¶ Against the abortion: In first place the woman must be exposed to warm vapors along with the first cooked *yarn*: then she has to take some *grassilum* - some fat - of hen, and to chop the membrane of the stomach in which the food is contained and to wash it and to eat it after has been scorched on embers, or has to drink the superfine flour of the *minced ones*, and she has to do this for quite a lot of days: this is based on a testing, the author of the additions to *Breviarium practicae medicinae* of Arnolde from Villanova\*. But it is evident that some of these words are either corrupt or foreign.

<sup>283</sup> Salvo leggere tutto quanto il testo di Dioscoride nelle svariate edizioni, nonostante un accanimento e una perseveranza da certosino mi è risultato impossibile localizzare questa affermazione di Dioscoride riferita anche da Aldrovandi (che credo l'abbia copiata da Gessner) e che suona più ampia in Gessner a pag. 383: Gallinae calida natura praeditae sunt. nam et venena conficiunt, et aridissima quaeque semina consumunt. et nonnunquam arenas lapillosque ingluvie sua devoratos dissolvunt, Dioscor. - Dioscoride può benissimo aver affermato tutto ciò, oppure si tratta di un'erronea citazione di Gessner (evento assai raro!) ripresa pedissequamente da Aldrovandi.

<sup>284</sup> Lo so che la differenza tra la cresta di un gallo e quella di una gallina non dovrebbe essere causa di insuccesso terapeutico, ma ciascuno di noi, quando è malato, va alla ricerca del meglio. È necessario recuperare il testo originale di Razi. Infatti ne vengono date due versioni. A pag. 396: Gallinae cristam aridam da in cibo ei qui mingit in lecto nescienti: curabitur, Rasis. - Qui: Idem remedium Rasis e crista galli promittit.

¶ In libro quodam manuscripto inuenio hanc pelliculam de ventriculo capi utiliter tritam fistulis prius mortificatis inspergi.

¶ Ileo resistit gallinaceorum iecur assum cum ventriculi membrana, quae abiici solet, inveterata, admixto papaveris succo. alii recentem torrent ex vino bibendam. Hepar gallinae tritum, et cum hordei farina et aqua emplastri modo impositum, podagricis prodest, Kiranides.

¶ Gallinarum et perdicum fella ad medicinae usum caeteris praestant, Galenus. Fel efficacissimum creditur scorpium et callionymi piscium, marinaeque testudinis et hyaenae<sup>285</sup>: perdicis item et aquilae, gallinaeque albae, Dioscorides<sup>286</sup>.

¶ Fel gallinae maculas in corpore illitum aufert, Rasis. Apud Galenum de composit. sec. locos, miscetur medicamentis liquidis ocularibus Asclepiadae, ad ficosas eminentias, ac omnem exuberantiam carnis seu callum. Fel quorundam animalium laudatur a medicis ad visum acuendum, et principium suffusionis discutiendum, ut callionymi et scorpium piscium, gallinae, etc. Idem de simplic. 10. Galli gallinaei, maxime albi, fel ex aqua dilutum, et inunctione adhibitum, leucomata oculorum et hypochyses sanat, et aciem luminum confirmat, Marcellus. Galenus libro 4. de compos. sec. loc. medicamento liquido cuidam ad oculos suffusos, alios galli fel, alios aliud adiecisse scribit. Ad suffusionem admirabile quod ilico visum restituit: Muris sanguinem, et galli fel, et muliebre lac aequis ponderibus misce, et bene subactis utere. probatum est enim, et magnifice profuit, Idem Euporiston 3. 16. Ulcera oculorum et albugines felle galli inungito, Idem Euporiston 2. 99.

Fel quoque de gallo mollitum simplice<sup>287</sup> lympha | Exacuit puros dempta caligine visus, Serenus. Fel galli cum succo chelidoniae herbae et melle illitum, visum acuit perfecte, Kiranides. Gallinaceo felli vis alligato (malim, illito: vel, ad caligationes, ut et aquilino sicut proxime dixerat) ad argema, et ad albugines ex

¶ In a manuscript book I find that this membrane of the stomach of capon after has been minced is successfully applied on fistulas previously weakened.

¶ Against the intestinal occlusion is effective the liver of chickens roasted with the aged membrane of the stomach, that one usually thrown away, mixing juice of poppy. Others roast the fresh one, which must be drunk with wine. The liver of hen, minced and applied as poultice along with barley flour and water, is helpful to gouty\* patients, Kiranides.

¶ The bile of hens and partridges\* used as medicine is above all the other kinds of bile, Galen. Moreover is reckoned very effective the bile of the fishes scorpion\* and stargazer\*, and of marine turtle and hyena\*: likewise that of partridge, eagle\* and of a white hen, Dioscorides.

¶ The bile of hen smeared on the body makes the blotches disappear, Razi. In Galen, in *De compositione medicamentorum secundum locos*, it is mixed with liquid eyewashes of Asclepiades the Young\* against the ulcerated swellings and any protuberance of the flesh or callus. The bile of some animals is praised by physicians to sharpen eyesight and to make a beginning of cataract regress, as that of the fishes stargazer and scorpion, of the hen etc., still Galen in 10<sup>th</sup> book of *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*. The bile of a rooster, chiefly white, diluted in water and used as eyewash, makes recover the leucomas\* of the eyes - obviously! - and the cataracts, and it strengthens the visual sharpness, Marcellus Empiricus. Galen in 4<sup>th</sup> book of *De compositione medicamentorum secundum locos* writes that to a liquid medicine against the cataract some people added bile of rooster, and others something else. An amazing preparation against the cataract, since makes the sight coming back at once: Mix in equal parts blood of mouse, bile of rooster and milk of woman, and use after they have been well mixed. In fact it has been tested, and it has been helpful in marvelous way, still Galen - Oribasius - in *Euporista* 3<sup>rd</sup>,16. Apply bile of rooster on ocular ulcerations and leucomas, still Galen in *Euporista* 2<sup>nd</sup>,99.

Also the bile of rooster softened with pure and simple water | Sharpens the sight of eyes made clear after dimming has been removed, Serenus Sammonicus. The bile of rooster applied with juice of celandine\* herb and honey makes sharpen the sight in a perfect way, Kiranides. The bile of rooster diluted in water and applied with a bandaging is effective against the

<sup>285</sup> Plinio *Naturalis historia* XXXII,154: Et hyaenam piscem vidi in Aenaria insula captum.

<sup>286</sup> *De materia medica* II,71.

<sup>287</sup> Anche nel web si riscontra *simplice*, per cui non si procede a emendare con *simplici*. - *Liber medicinalis* - OCULORUM DOLORI MITIGANDO - Fel quoque de gallo mollitum simplice lympha | exacuit puros dempta caligine visus.

aqua diluto, (aut supra forsan recte, hic vero pro diluto legendum aut saltem subintelligendum illito.) item ad suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei, Plinius<sup>288</sup>. Et rursus cum fimum rufum gallin. lusciosis illini dixisset, subdit<sup>289</sup>: Laudant et gallinae fel, sed praecipue adipem contra pustulas in pupillis. Fellis gallinacei, vel vulturini, quod longe magis prodest, scrupulum, et mellis optimi unciam, bene trita coniunges, atque in pyxide cuprea habebis, et opportune ad inungendum uteris, hoc nihil potentius caliginem relevat, Marcellus.

¶ Aetius illos qui re Venerea uti non possunt inter caetera gallorum testiculos esitare consulit. Galli testes cum vino poti Venerem iritant, et bonam habitudinem praestant, Kiranides. Gallinaceorum testes subinde si a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur, Plinius<sup>290</sup>. Ad involuntarium urinae exitum in stratis: Galli testem ustum edendum apponito, Galenus Euporiston 3. 257.

[399] ¶ Ad caducos: Galli testiculos contritos cum aqua ieiuno dabis bibere. abstineant autem a vino diebus decem, caducis remedium est. Debebunt autem testiculi sicci servari, ut cum fuerint necessarii, continuo sumantur, Sextus et Constantinus. Ad comitiales<sup>291</sup>: Gallinacei testes ex aqua et lacte quidam bibendos censent, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inveteratos, Plinius<sup>292</sup>. Galli gallinacei testiculos in pulverem tritos ex aqua et lacte ieiuno propinato, idque diebus quinque facito, vino autem abstinendum est,

white spots of the cornea and leucomas (I would prefer smeared; or, as he just said, *against dimming of sight*, as also acts that of eagle) (or perhaps before he expressed himself correctly, but here, in place of *diluted*, we must read, or at least to imply, *smeared*), likewise against the cataracts, above all if it is of a white rooster, Pliny. And again, after he said to apply reddish dung of chicken to those suffering from nyctalopia\*, adds: They also praise the bile of hen, but above all the fat against the vesicles located in the pupil. You will join a scruple [1.13 g] of bile of chicken, or of vulture, since more effective, and an ounce [27.28 g] of good honey, both well mixed, and you will preserve them in a copper jar and will use at the proper time to make applications, nothing is more powerful than this preparation in attenuating the dimming of the sight, Marcellus Empiricus.

¶ Aetius of Amida\* to those who are sexually impotent prescribes among other things to eat testicles of rooster. The testicles of rooster drunk with wine are sexually arousing and get a physical wellbeing, Kiranides. If a woman as soon as conceived eats testicles of rooster, they say that in uterus males are occurring, Pliny. Against the unintentional discharge of urine in bed: give to be eaten a scorched testicle of rooster, Galen - Oribasius - in *Euporista* 3<sup>rd</sup>, 257.

Page 399

¶ For epileptics: You will give to drink minced testicles of rooster on empty stomach with water. But it represents a remedy for the epileptics if they abstain for ten days from wine. And the testicles will have to be preserved dried, so that when needed they can be assumed without interruption, Sextus Placitus Papiensis\* and Constantinus Africanus\*. For epileptics: Some are thinking that the testicles of rooster must be drunk with water and milk, preceded by abstinence from wine of five days, and that's why they are aged, Pliny\*. Give to drink on empty stomach with water and milk the crushed testicles of rooster. And repeat this for five days, but to abstain from wine

<sup>288</sup> *Naturalis historia* XXIX,123: Eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis illini monstrant. - Probabilmente la tortuosa disquisizione di Gessner - scatenata da un *alligato* non presente in Plinio, bensì in altre citazioni - è del tutto corretta, ma tradurla altrettanto correttamente e senza tortuosità richiederebbe una lunghissima meditazione, che oltretutto ci ripagherebbe assai poco dal punto di vista terapeutico. Già! è facile dirlo! Perché oggi - nel XXI secolo - abbiamo i trapianti di cornea, e la cataratta viene operata con esiti più che soddisfacenti!

<sup>289</sup> *Naturalis historia* XXIX,124: Laudant et gallinae fel et praecipue adipem contra pustulas in pupillis, nec scilicet eius rei gratia saginant.

<sup>290</sup> *Naturalis historia* XXX,123: Gallinaceorum testes si subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur.

<sup>291</sup> Gli epilettici venivano chiamati *comitiales* perché nell'antica Roma venivano sciolti i comizi se uno dei partecipanti avesse subito un attacco di epilessia, in quanto ciò rappresentava un segno di cattivo augurio. - Epilessia deriva dal greco *epilēpsia* - a sua volta dal verbo *epilambánein* = prendere, assalire - e in prima istanza significa arresto.

<sup>292</sup> *Naturalis historia* XXX,92: Quidam pectus eius [vulturis] bibendum censent in cerrino calice, aut testes gallinacei ex aqua et lacte, antecedente V dierum abstinentia vini; ob id inveterant.

Trallianus hoc se ex Gallia accepisse scribens. Serapion pro epilepticis probat medicamen confectum e testibus galli gallinacei: Caelius Aurelianus, improbans ipse ut videtur.

¶ Gallinaceum fimum omnia quae columbinum, sed inefficacius, praestat, Dioscor. minus calidum est columbino, Galenus. Et rursus, Caeterum ut in aliis omnibus animalium partibus aut excrementis plurimum refert, montanisne locis, an in pratis, paludibus, lacubus et aedibus versentur. Semper enim quae exercentur, iis quae non exercentur sunt sicciora: et quae cibis utuntur calidioribus siccioribusque iis quae humidis frigidisque. Itaque ut columbarum stercus semper imbecillius expertus sum quae in domibus degunt quam nomadum et montanarum: sic gallinarum quoque inveni multo infirmius earum quae conclusae servantur et furfuribus aluntur, non paulo autem valentius earum quae in agris, atriis aut foris pascuntur. Stercoris gallinacei pulli drachmae duae dissolutae in multa aqua calida, et potae, vomitum movent, Arnoldus de Villan. Stercus galli cum succo prasii datum, mox vomitum proritat, Idem. Certo educit per vomitum. quare contra venena propinatur, Ferdinand. Ponzettus. Idem {Gaynerius} <Guainerius>. scribit, sed misceri iubet, cum lini urticaeve semine in aqua decocto, aut aqua et butyro, etc. Ad felis morsum galli stercus liquidum cum adipe gallinaceo subigito et imposito, Aetius. Idem ex aceto impositum morsibus canis rabidi, salutare traditur, Kiranides. Gallinaceum fimum privatim contra venena fungorum bibitur ex aceto aut vino, (vel oxymelite, Rasis,) Dioscor. Nicander contra idem venenum commendat *πάτον στρουθοῖο κατοικάδος (ὀπτόν.)* Galenus etiam adversus strangulationem a devoratis fungis gallinarum domesticarum fimum cum oxymelite bibi consulit, in Euporistis 1.131. nimirum ut vomitus subsequatur. Cum medicum quendam in Mysia gallinaceo utentem stercore conspexissem, in eis qui ab esu fungorum suffocabantur: et ipse quoque sum usus in quibusdam urbem inhabitantibus, qui et ipsi fungos esitarant, ipsum videlicet ad *l{a}evorem* contritum tribus quatuorve oxycrati aut oxymelitis inspergens cyathis. et palam adiuti sunt, idque celeriter. nam qui praefocabantur, paulo post vomebant pituitosum humorem omnino crassissimum, et exinde plane liberati

is needed, Alexander of Tralles\* who writes he received this information from Gaul. Serapion\* for epileptics praises a medicine prepared with testicles of rooster: while Caelius Aurelianus\*, as it seems, disapproves this.

<sup>553</sup> *Historia animalium* IX,50 - 631 b 25-30: Ἐκτέμνονται δ'οἱ μὲν ὄρνιθες κατὰ τὸ ὀρροπύγιον, καθ'ὅ συμπίπτουσιν ὀχεύοντες, ἐνταῦθα γὰρ ἂν ἐπικαύσῃ τις δυσὶν ἢ τρισὶ σιδηρίοις, ἐὰν μὲν ἤδη τέλειον ὄντα, τὸ τε κάλλαιον ἔξωχρον γίνεται καὶ οὐχέτι κοκκίζει οὐδ'ἐπιχειρεῖ ὀχεύειν, ἐὰν δ'ἔτι νεοττὸν ὄντα, οὐδὲ γίνεται τούτων οὐδὲν αὐξανομένου. - Birds are castrated at the rump at the part where the two sexes unite in copulation. If you burn this twice or thrice with hot irons, then, if the bird be full-grown, his crest grows fallow, he ceases to crow, and foregoes sexual passion; but if you cauterize the bird when young, none of these male attributes propensities will come to him as he grows up. (traduzione di D'Arcy Wentworth Thompson 1910, 1860-1948) - Da notare che ὄρνιθες viene tradotto da D'Arcy Thompson col più generico termine *birds* anziché *roosters* o *cocks*, sebbene tra gli uccelli il primato della castrazione - se non l'esclusiva - spettino al gallo, e nonostante solo il gallo sia dotato di una cresta che in greco e in Aristotele inequivocabilmente suona κάλλαιον\*, una cresta (e non un ciuffo di piume, λόφος) che dopo la castrazione da rossa si fa pallida, color ocre, ἔξωχρον. D'Arcy Thompson nel suo ineguagliabile *A glossary of Greek birds* (1895) esplicitamente afferma che κάλλαιον nel gallo identifica la cresta, e la definisce *comb* (essendo *crest* il ciuffo), mentre in questo passo traduce κάλλαιον con *crest*. Aristotele nella sua *Historia animalium* non parla assolutamente di uccelli castrati se non in questo passo, diversamente da quanto fa per i mammiferi, tra i quali possiamo ricordare toro, cervo, maiale. - Gessner non riferisce la fonte del suo esatto *gallinacei*, ma non si può escludere che abbia attinto dal *De natura animalium* (1498) di Teodoro Gaza\*, in quanto il brano di Gessner è identico a quello di Gaza, eccetto *cucurire* che in Gaza giustamente suona *cucurrere*. - Per amore della precisione dobbiamo aggiungere che ὄρνιθες si potrebbe tradurre anche con galline. Per cui con la castrazione di una gallina si otterrebbe una *gallina spadonia*, che in francese suona *poularde*. Ma ciò non collima coi tempi di Aristotele, in quanto abbiamo notizia che la castrazione delle galline veniva praticata - per esempio - da Michele Savonarola\* (1384-1468) che le chiamava *caponissae*, quindi in tempi ben più recenti rispetto a quelli dello Stagirita. Né si hanno tracce di castrazione di galline in epoca romana, come si può evincere dal paragrafo *Culinarum artes* desunto da *Ornithologia Latina* di Filippo Capponi (1979) e reperibile alla voce castrazione\* del lessico. Oltretutto la relazione di Capponi viene convalidata dall'affermazione di Isidoro (ca. 560-636) in *Etymologiae* XII,7: Gallus a castratione vocatus; inter ceteras enim aves huic solo testiculi adimuntur. Giulio Cesare Scaligero\* è più esplicito: traduce ὄρνιθες con *galli* - il che quadra coi tempi di Aristotele - e sottolinea che invece ai suoi tempi (1484-1558) si castravano anche le galline, una pratica da lui attribuita ai tavernieri: "Etiam sic castrantur hodie gallinae a ganeis, quae mirum in modum pinguescunt." (*Aristotelis historia de animalibus*, Tolosa, 1619, pag. 1173) - ILLUC, UNDE ABII, REDEO (Orazio\* *Satirae* I, 1, 108): D'Arcy Wentworth Thompson commette chiaramente un errore traducendo ὄρνιθες con *birds*. Ma non solo lui è colpevole di questa svista, in quanto è vittima dello stesso *lapsus* anche Mario Vegetti che ha curato la traduzione italiana dell'*Historia animalium* (1971). Vegetti si associa ad altri studiosi nel mettere seriamente in dubbio l'autenticità aristotelica dei libri IX e X dell'*Historia animalium*, per cui ne fornisce non una traduzione, bensì un sommario. Ecco come suona la sintesi di IX,50: Gli animali

Quod duobus fit modis, lumbis adustis candente ferro, aut imis cruribus, mox ulcere oblito figulina creta. Facilius ita pinguescunt, Plin.<sup>554</sup> Gallos castrant ut sint capi, candenti ferro inurentes calcaria ad infima crura, usque dum rumpantur (ignea vi consumantur, Columel.<sup>555</sup>) atque extet ulcus, quod obliniunt figlina creta, (dum consanescant, Colum.) Varro<sup>556</sup>. E gallis apud nos evulsis testiculis per posteriora modico vulnere capones fiunt, Grapaldus. Vulnus quidem tantum fit, quantum digito immittendo et testibus singulis extrahendis sufficit, quo testes lumbis superius adhaerentes inquiruntur sub intestinis galli supini, inventique digiti summitate revelluntur. iis extractis vulnus filo consuitur, et cinis infricatur, tum etiam crista resecat, ut virilitas omnis absit. Sunt qui in cristae abscissae locum calcar e crure exectum inserant, quod coalito vulnere etiam crescere solet. Galli castrati forma quidem maris sunt, sed animo foemineo praediti. pinguescunt ita citius, etiamsi fartura non obesantur. videasque quosdam in eam plenitudinem corporis perductos, ut de magnitudine cum ansere facile certent, Gyb. Longolius<sup>557</sup>. Cum gallinis pascuntur: sed non defendunt eas, non cantant, nec horam diei vel noctis discernunt, ad nihil praeter cibum utiles, Author libri de nat. rerum.

grows, Aristotle\*. They stop singing when castrated, which happens in two ways, after the loins have been cauterized with an incandescent iron, or the lowest part of the legs have been cauterized, and soon after the wound is smeared with clay of potters. They fatten up more easily in this way, Pliny\*. They castrate the roosters, so that they become capons, by burning with an incandescent iron the spurs in the lowest part of the legs until the formers come off, (until they are burnt down by the force of the fire, Columella\*) and an ulcer results, which they smear with clay of potters (until they recovered, Columella), Varro\*. Among us from the roosters are gotten capons after their testicles have been removed through the rear with a small wound, Francesco Mario Grapaldi\*. Truly, a wound is made which has to be wide enough to introduce a finger and to extract the testicles one by one, by the finger we hunt for the testicles which above adhere to the lumbar region and are lying below the bowels of the rooster who is supine, and after they have been located are torn away with the tip of the finger. After they have been extracted, the wound is sutured with thread and ash is rubbed, then also the comb is cut off so that no sign of virility is present. Some insert a spur excised from the leg where the comb has been cut off, since usually when the wound has healed it would also lengthen. Actually the castrated roosters have the conformation of a male, but they are endowed with a female character. This way they fatten up more quickly, even if through the fattening they don't become obese. And you could see that some have been led to such a degree of corpulence that in size they could easily compete with a goose, Gisbert Longolius\*. They go to graze with hens: but don't defend them, they don't crow, neither subdivide the hours of day and night, useful to nothing but as food, the Author of the treatise on nature of things.

¶ Capos et gallinas saginare ligur<r>itores ipsi invenere, quo unctius ac lautius devorarent, Platina. Pinguescunt capi milii farina cum melle, praesertim et turundis in cibo datis. nam

¶ They have been the gluttons themselves who invented the fattening of capons and hens, in order to gorge themselves in a more delicious and sumptuous way, Platina\*. The capons fatten up by using flour of millet\*

---

cambiano forma e carattere in seguito alla castrazione. — Modi ed effetti della castrazione degli uccelli. Effetti della castrazione sugli uomini, per quanto riguarda la voce e la crescita dei peli. La voce di tutti i quadrupedi castrati diviene uguale a quella della femmina; se l'operazione è effettuata in gioventù, tutti gli animali a essa sottoposti diventano più grandi e più armoniosi. Tecnica di castrazione dei vitelli, che va effettuata a un anno. — Asportazione dell'utero delle scrofe perché ingrassino più rapidamente. Analoga operazione sulle cammelle per poterle utilizzare in guerra (certi Asiatici possiedono fino a tremila di questi animali). — Note sui ruminanti in generale. - Per cui anche Vegetti come D'Arcy Thompson ha tradotto ὄρνιθες con uccelli.

<sup>554</sup> *Naturalis historia* X,50: Desinunt canere castrati, quod duobus fit modis, lumbis adustis candente ferro aut imis cruribus, mox ulcere oblito figlina creta; facilius ita pinguescunt.

<sup>555</sup> *De re rustica* VIII,2,3: Sed ex his tribus generibus cohortales feminae proprie appellantur gallinae, mares autem galli, semimares capi, qui hoc nomine vocantur cum sint castrati libidinis abolendae causa. Nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente calcariibus inustis, quae cum ignea vi consumpta sunt, facta ulcera dum consanescant, figulari creta linuntur.

<sup>556</sup> *Rerum rusticarum* III,9,3: Gallos castrant, ut sint capi, candenti ferro inurentes ad infima crura, usque dum rumpatur, et quod exstat ulcus, oblinunt figlina creta.

<sup>557</sup> *Dialogus de avibus* (1544) pag. 19-20: PAMPHILUS. En tibi capones, ut evirati, neque vocem edunt, neque gallinis molesti sunt. - LONGOLIUS. Ego illos non capones, sed cum Varrone et Columella libentius capos vocaverim. Quos ob id semimares vocant, quoniam castrati sunt. Ex forma quadam [sic!] maris, sed animo foemineo praediti sunt. Pinguescunt ita citius, etiamsi fartura non obesantur. Videasque quosdam in eam plenitudinem corporis perductos, [20] ut de magnitudine cum ansere facile certent.

{Plinius} <Varro><sup>558</sup> eo nomine vocat buceas, quibus farcire saginareque gallinas, anseres et capones solemus, Grapaldus. Sunt apud nos qui capos saginant hoc modo. includunt eos loco angusto, et e farina milii turundos faciunt, magnitudine fere et longitudine articuli digiti mediocris: e quibus ab initio circiter denos eis in fauces inserunt: et per aliquot deinceps dies quotidie plures paulatim aucto numero. qui postea minuitur etiam paulatim. dandum est autem eis plus minus pro concoctione, quae tactu explorata ingluvie animadvertitur. Debent autem turundi mox inserendi prius in aquam aut lac immitti ut facilius descendant, et leniter digitis per collum premoendo deduci. In defectu milii, furfur cum pauca de frumento farina et milii etiam pauca, in turundos redigitur. Sic fere viginti diebus obesantur, mero quidem milio quatuordecim. Sunt qui gallinas et capones brevi pinguescere scribant, si cerevisia eis bibenda apponatur pro aqua. Capus gliscens, lo capone impastato, nutrito de pasta, Scoppa in *Dictionario Latinoitalico*<sup>559</sup>. videtur autem pastae nomine turundos intelligere. De gallina farcienda privatim scribemus infra in Gallina E. Videtur autem ratio eadem farciendis utrisque convenire.

¶ Capus ventre et pectore deplumatus et perfricatus urticis, pullos fovere et pascere solet, etc. ut recitavimus in Gallo D. Sunt qui hoc modo affectum, non pullos modo curare, sed ova etiam incubare dicant: praesertim si pane vino madente inebrietur, et mox ebrius in loco obscuro ovis imponatur. sic enim cum ad se redierit, ova propria existimantem, perficere aiunt. ¶ Fabae semina Graeci asserunt capi sanguine macerata adversantibus herbis liberari, Ruellius. Ego in *Geoponicis* adhuc nihil tale reperi.

## F.

In Gallinaceo F.<sup>560</sup> permulta a nobis recitata sunt, quae omni gallinaceo generi tum salubritatis in cibo tum apparatus ratione communia sunt: hic ea quae ad capos privatim pertinent afferemus. Omnium avium laudes,

with honey, above all feeding them also on mashes. For Varro calls with this name the bites by which we usually cram and fatten hens, geese and capons, Grapaldi. Among us some people fatten capons as follows: they shut up them in a narrow place and make small bites almost of size and length of the phalanx of a medium-sized finger: at the beginning they ram in their mouth ten of these bites each sitting: and subsequently for some days they are giving quite a lot of them each day, gradually increasing the number. Which later on is gradually decreased too. In fact the bites have to be given more or less according to the digestion, which is detected by tactile exploration of the crop. The bites which are about to be given, first must be placed in water or milk so that they go down more easily, and they have to be helped in going down by gently pressing with fingers along the neck. If the millet is scarce we have to make bites of bran and a little wheat flour as well as a little millet flour. Thus they fatten up within twenty days, but within fourteen with millet only. Some people write that hens and capons fatten up shortly if they are given beer in place of water to drink. *Capus gliscens* - the capon becoming heavier, the capon full of dough, fed on dough, Lucio Giovanni Scoppa\* in *Dictionarium Latinoitalicum*. For it seems that he means bites by the word dough. About the hen to be fattened I will write separately later on in the paragraph E of the chapter about hen. Really it seems that the same method is befitting the fattening of both.

¶ The capon, after has been plucked at abdomen and breast and has been rubbed with nettles\*, usually warms and raises the chicks, etc., as I wrote in the paragraph D. regarding the rooster. Some affirm that, after he has been treated in this way, he not only takes care of the chicks, but that also sits on eggs: especially if inebriated with bread soaked in wine, and as soon as drunk is put on the eggs in a dark place. For they say that so, when he recovered consciousness, judging the eggs as his, he hatches them. ¶ The Greeks affirm that the seeds of broad bean\* soaked in blood of capon are freed from harmful weeds, Jean Ruel\*. Till now in *geoponics*\* I didn't find anything of similar.

## F

In the paragraph F regarding the rooster I reported a lot of things in common with the whole gallinaceous genus both about their salubriousness as food and the way of preparing them: at this point I will report only what is specifically concerning the capons. As far as foods is

<sup>558</sup> In Plinio non ricorre la parola *turunda*, che viene invece impiegata da Varrone in *Rerum rusticarum* III,9,20: Ex iis evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis partim admixtis farina lolleacia aut semine lini ex aqua dulci.

<sup>559</sup> Dovrebbe corrispondere a *Spicilegium seu thesaurulus latinae linguae ... atque italicae noviter ab auctore recognitus, atque ... locupletatus ... Tomus primus (-secundus)*. - Venetiis: apud Petrum Bosellum, 1558. - È verosimile che prima del 1555 Gessner ebbe la possibilità di consultare una precedente edizione dell'opera di Scoppa.

<sup>560</sup> A partire da pagina 387\*.

quantum ad obsonia pertinet, una caro gallinacea comprehendit. Quid enim popinis afferunt reliquae altiles, quod non unus capus in se habeat, sive elixum, sive assum velis? Huius avis patina stomachum iuvat, pectus lenit, vocem sonoram facit, corpus obesat, Platina. Capi in cibis gratiores sunt, utpote remoto Veneris usu facti pinguiore, et salubrioris nutrimenti, Grapaldus.

concerning, the meat of chicken alone gathers in itself the praises of all the birds. In fact what are supplying to inns the other breeding birds that already is not possessing a capon, either you want him boiled or roast? A dish prepared with this bird does well to stomach, relieves the spirit, makes resonant the voice, fattens up the body, Platina. The capons as food are more savory, since having put aside the sex they became chubbier and turned into a healthier nourishment, Grapaldi.

Page 413

Caporum iuvenum in locis altis degentium caro mediocriter pinguis, caeteris omnibus (gallinacei generis, vel quibusvis avibus potius) praestat, substantiae et qualitatum, et proinde etiam nutrimenti ratione, quod ad homines sanos, Mich. Savonarola<sup>561</sup> ex Isaaco. Ioannes Mesue (inquit idem) huiusmodi capos (caeteris avibus) meliores et leviores esse addit. Capus in quatuor qualitatibus temperatus est, quare multum alit, et venerem auget, Isaac. qui alibi etiam capum avibus omnibus praefert, ut qui melius nutrimentum et perfectum generet sanguinem. Gallinacei (capi) caro bona est, et solidior quam gallinae, Albert. Capo laudatur in cibo circa aetatem sex vel octo vel septem mensium, Arnoldus Villan.

The meat of the young capons living in high areas is not very fat, and is better than all others (of chicken, or better, of any bird) as composition and quality, and also from a nourishing point of view as far as healthy people is concerning, Michele Savonarola\* who draws this from Isaac Judaeus\*. Still Savonarola says that John Mesue - perhaps Mesue the Young\* - adds that such capons (in comparison with other birds) are better and easier to be digested. The capon possesses the four types of humor constituting the temperament\*, then he nourishes a lot and is aphrodisiac, Isaac Judaeus. Who also in another passage places the capon before any bird, being that who gives the best nourishment and a perfect blood. The meat of the cock (of the capon) is good and more compact than that of hen, Albertus Magnus\*. The capon is extolled as food when he is nearly 6-8-7 months old, Arnaldo from Villanova\*.

¶ Pullum farsilem ex Apicio descripsimus in Gallo F.<sup>562</sup> ait autem in capo etiam similiter fieri. De porcello lactente condimentis quibusdam farciendo assandoque, Platinae verba recitavi in Sue F. Idem autem (inquit) fieri potest ex anserem, anate, grue, capo, pullastra. ¶ Apicius lib. 4. cap. 3.<sup>563</sup> in minutal Apicianum testiculos caponum adjicit, gallis nimirum dum castrarentur exemptos. ¶ Fieri ius consumptum, aut ex phasianio, aut ex perdice, aut ex capreolo, aut ex pipionibus, aut ex columbis sylvaticis potest. Si ex capo voles, cacabum sumes, qui aquae metretas<sup>564</sup> quatuor contineat. Huic capum fractis ac comminutis ossibus indes cum uncia succidiae macrae, piperis granis triginta, cinnamo pauco nec nimium tunso, tribus vel quatuor caryophyllis, salviae lacerae trifariam foliis quinque, lauri

¶ In the paragraph F of the chapter devoted to the rooster I described the stuffed chicken drawing it from Apicius\*. In fact he says that it can be prepared in the same way also with the capon. In the paragraph F of the chapter devoted to the pig I quoted the words of Platina\* about some seasonings by which to stuff and roast the sucking piglet. And he says: The same thing can be made with goose, duck, crane, capon and pullet. ¶ Apicius in the 4<sup>th</sup> book chapter 3<sup>rd</sup> adds the testicles of capon to the fricassee\* à la Apicius, obviously removed from the roosters when castrated. ¶ A consommé can be prepared with pheasant\*, partridge\*, roe deer, pigeons or with wild doves. If you want it of capon, you will take a cauldron which can contain four metretae\* [34.92 liters] of water. You will put inside a capon with crushed and minced bones with an ounce [27.28 gs] of lean lard, thirty grains of pepper, little cinnamon\* and not too much crushed, three or four cloves\*, five leaves

<sup>561</sup> *Practica medicinae sive de aegritudinibus* (1497) Tractatus II, cap. I, rubrica VI. - Invece di *in locis altis degentium* Savonarola ha *in campis altis habitantium*.

<sup>562</sup> A pagina 388.

<sup>563</sup> *De re coquinaria* IV,3,3: MINUTAL APICIANUM: oleum, liquamen, vinum, porrum capitatum, mentam, pisciculos, isiciola minuta, testiculos caponum, glandulas porcellinas. haec omnia in se coquantur. teres piper, ligusticum, coriandrum viridem vel semen. suffundis liquamen, adicies mellis modicum et ius de suo sibi, vino et melle temperabis. facies ut ferveat. cum ferbuerit, tractam confringes, obligas, coagitas. piper aspargis et inferes.

<sup>564</sup> Per motivi di ragionevolezza adottiamo come metreta culinaria quella egiziana per il vino, pari a circa 8,73 litri.

duobus. Sinito haec efferveant horis septem, vel donec ad duas scutulas vel minus redigantur. Cave salem indas aut salita, si aegrotantium causa fiet. parum aromatum nil vetabit quominus aegroto etiam apponatur. Senibus hoc et valetudinariis detur, Platina<sup>565</sup>. ¶ Ius caponis cum caseo. Ius capi affundito segmentis panis albissimi, et caseum optimum tritum in tyrocnestide<sup>566</sup> inspergito cum pauco polline aromatico dulci, hoc ferculum in lance obtectum apponito, Baltasar Stendelius scriptor Magiricae Germanicus. Idem docet quomodo pastillus e capone fiat. de quo leges etiam in Gallo F<sup>567</sup>. Artocreas de carne vituli, hoedi aut capi elixa, ex Platina recitavimus in Vitulo F.

¶ Mirrause<sup>568</sup> Catellanicum<sup>569</sup>: Catellani gens quidem lauta, et quae ingenio ac corpore Italicae solertiae haud multum dissimilis habetur, obsonium, quod mirrause illi vocant, sic condiunt: Capos aut pullastras, aut pipiones bene exenteratos et lotos, in veru collocant: volvuntque ad focum tantisper, quoad semicocti fuerint. Inde exemptos, ac tessellatim divisos, in ollam indunt. Amygdalas deinde tostas sub cinere calido, abstersasque lineo panno, terunt. His buccellas aliquot panis subtosti addunt, mixtaque cum aceto et iure, per cribrum setaceum transmittunt. Posita in ollam haec omnia, inspersaque cinnamo, gingiberi ac saccaro multo, tandiu effervere simul in carnibus procul a flamma lento igne

of sage\* lacerated in three bits, two of laurel\*. Let these ingredients boil for seven hours, or until they are reduced into twos small trays or even less. Keep from putting salt or salty things if it is prepared for ill people. The presence of some spices won't forbid that it is given also to a sick person. It must be given to elderly and chronic sick people, Platina. ¶ Broth of capon with cheese. Pour broth of capon on slices of very white bread and sprinkle very good grated cheese with little sweet aromatic dust, serve this course in a tray placing a cover, Balthasar Staindl\*, German writer of culinary art. Still he teaches how a pie of capon can be prepared, about which you can read also in the paragraph F of the rooster. Drawing from Platina, in the paragraph F of the calf I reported the pie of bread and meat prepared with boiled meat of calf, kid or capon.

¶ Catalan mirrause: The Catalans\*, a polished people indeed and who are thought not very dissimilar in character and body traits from Italic ingeniousness, season in the following way a dish they call mirrause: they place on the spit capons, or pullets, or pigeons well cleaned from entrails and well washed, and turn them on the fire until are half cooked. After removed them from fire and squared them off, they place them into a pot. Then mince almonds toasted under hot ash and cleaned with a flax cloth. They add morsels of just toasted bread, and pass the things mixed with vinegar and broth through a horsehair sieve. After they placed into a pot all these ingredients and sprinkled with cinnamon, ginger\* and a lot of sugar, they let them boil together with meat away from flame on a slow heat until they did reach a right cooking, stirring all the time

<sup>565</sup> VI,42 IUS CONSUMPTUM.

<sup>566</sup> Il sostantivo greco femminile *tyróknēstis* significa grattugia.

<sup>567</sup> A pagina 389\*.

<sup>568</sup> Nel testo anonimo in catalano *Sent Sovi* (1324) suona come Mig-raust. Mastro Martino\*, dal quale il Platina ha tratto la ricetta, in italiano medievale lo chiama Mirrause e Roberto di Nola nel suo testo in catalano scrive Mirraust. Mig raust in tedesco visigoto significa mezzo arrostito, come mi ha specificato Marie Joséphe Moncorgé in una preziosa e-mail del 16 agosto 2005: "En effet, mig raust = à moitié rôti, en allemand wisigoth. Comment ce mot a-t-il survécu jusque dans une recette catalane du 14<sup>e</sup>? En tous cas, mig raust devient mirrause chez Martino, mirrauste chez Robert de Nola, miraus chez Scappi\*." - Nella trascrizione del testo di Roberto di Nola a mia disposizione (*Lybre de doctrina Pera ben Servir: de Tallar: y del Art de Coch*) sta scritto Mirraust, e non una volta sola, ma credo che il vocabolo possa considerarsi equivalente a Mirrauste.

<sup>569</sup> In Platina - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499 - esiste solo catellanicum:

VI,12 Mirrause catellanicum

VI,32 Patina catellonica

VI,41 Cibarium album catellionicum - che però suona catellanicum nell'indice

VII,60 Carabazum catellonicum

VII,72 Leucophagum catellonicum

L'aggettivo sostantivato Catellani - e non Catelloni - è usato da Platina in Liber VI,12 - MIRAUSE CATELLONICUM - Catellani gens quidem lauta: et quae ingenio ac corpore italicae solertiae haud multum dissimilis habetur obsonium: quod mirrause illi vocant: sic condiunt [...]

A pag. 389 Gessner usa catellonicum di Platina: Ex capis aut pullastris Mirrause Catellanicum, Platinae verbis describemus in Capo F.

Catellonicum potrebbe essere una comune variante di catellanicum, salvo che in questo caso il *Catellanicum* di Gessner sia un puro errore tipografico.

permittunt, quoad ad<sup>570</sup> iustam cocturam pervenerint, miscendo semper cum cochleari, ne seriae adhaereant. Hoc nihil suavius edisse memini. Multi est alimenti, tarde concoquitur, hepar et renes concalefacit, corpus obesat, ventrem ciet, Platina. Idem lib. 6. Cap. 41. et 42. cibaria alba, sive leucophaga, delicatissima, ex pectore capi parare docet<sup>571</sup>. et rursus lib. 7. cap. {48}<69>.<sup>572</sup> cibarium croceum ex eodem. Eiusdem libri cap. 49.<sup>573</sup> esitium quoddam ex carne describens, Sunt etiam (inquit) qui pectus capi tumsi non incommode addant. Esitium ex pelle caporum ab eodem praescribitur lib. 7. Cap. 55.<sup>574</sup>

¶ Aloisius Mundella Dialogo 3. scribit se aegroto cuidam febris continua maligna laboranti, cum iam signa concoctionis apparerent, modo turdum, modo unum aut alterum ovi vitellum, modo caponis carnem contusam concessisse, potius quam vituli. Idem Dialogo 1. describens historiam iuvenis cuiusdam biliosi febricitantis continue a se curati, Victus ratio (inquit) fuit caro caponis iuvenis, per diem ante mactati, cum seminibus melonum contusa: nec non panis in eiusdem iure optime incoctus, ad virium (quae debiles in eo valde erant) robur conservandum.

## G.

Obscuri quidam auctores caponi attribuunt vires medicas ex Dioscoride et aliis auctoribus, quas illi gallinaceis adscripserant: quoniam per imperitiam linguae Latinae gallinaceum interpretantur caponem. ¶ Leonellus Faventinus electuarium quoddam phthisicis praescribens, quod valde praedicat, immiscet in id pulpam caponis pinguis et bene cocti, incisam contusamque in mortario lapideo, etc. Medici quidam quoties deiectas vires aegrotantium excitare volunt, medicamentum dant quo ex carnibus caponum et perdicum conficitur, quod facile corrumpitur, si aliquo notabili tempore moretur: neque etiam in aegrotos alit, neque ut quae prius diximus, (vinum, ova sorbilia, testes gallinacei,) Aloisius

with a spoon so that they don't stick to the pot. I don't remember to have eaten something sweeter than this dish. It is very nourishing: it is slowly digested, heats liver and kidneys, fattens the body, moves the bowels, Platina. Still he, 6<sup>th</sup> book, chapters 41 and 42, teaches to prepare white foods with the breast of capon, or *leucophaga*, very delicate. And still in the 7<sup>th</sup> book, chapter 69, a food of capon with saffron\*. Still in the 7<sup>th</sup> book, chapter 49, when describing a meat dish, he says: Rightly some add also the breast of a crushed capon. Still by him in the 7<sup>th</sup> book, chapter 55, a course is told made with skin of capon.

¶ Luigi Mondella\* in 3<sup>rd</sup> dialogue of *Dialogi medicinales decem* writes that he allowed a patient suffering from a malignant continuous fever, since the signs of the marasmus were by now appearing, now a thrush\*, now one or two egg yolks, now minced flesh of capon rather than of veal. Still he in 1<sup>st</sup> dialogue of *Dialogi medicinales decem* writes, when describing the clinical course of a jaundiced youth with continuous fever he had treated, says: The base of the feeding has been flesh of young capon killed the day before, minced with melon seeds: as well as bread overcooked in broth of the same capon with the purpose of preserving the vigor of the strength (which in such sick person was very enfeebled).

## G

Some not too much known authors ascribe to the capon medicinal faculties inferring them from Dioscorides\* and other authors who attributed them to the rooster: the reason is in the fact that because of a scarce knowledge of the Latin language they translate rooster with capon. ¶ Leonello Vittori\*, when prescribing for phthisical sick people an electuary\* he praises quite a lot, he there mixes pulp of fat and well cooked capon, cut and crushed in a mortar of stone, etc. Some physicians, every time they want to stimulate the exhausted energies of sick people prescribe a medicine prepared with meat of capon and partridge, which easily goes bad if unused for too much time: and which so doesn't nourish the sick people, as not even those other things I said before (wine, sucking eggs, testicles of rooster), Luigi Mondella in 3<sup>rd</sup> dialogue of

<sup>570</sup> Platina - *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine*, Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499 - ha quo ad, diversamente da come riporta Gessner.

<sup>571</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) libro VI il cap. 40 è intitolato CIBARIA ALBA e il cap. 41 CIBARIUM ALBUM CATELLIONICUM. Il testo a disposizione di Gessner era discordante da quello edito da Platonide circa la numerazione dei capitoli.

<sup>572</sup> In *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) libro VII il cap. 69 è intitolato CIBARIUM CROCEUM.

<sup>573</sup> La citazione di Gessner corrisponde a quella del *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) libro VII cap. 49 ESICIUM EX CARNE.

<sup>574</sup> La citazione di Gessner corrisponde a quella del *Libellus platine de honesta voluptate ac valitudine* (Bononiae, per Johannem Antonium Platonidem, 1499) libro VII cap. 55 ESICIUM EX PELLE CAPORUM.



Mundella Dialogo 3. Ius caponis mire restaurans vires, si vel cochlearium parvum inde aegrotus sorbeat. Capum veterem para, exentera, totum cum ossibus comminue. Tum in vase bene obturato vitreo aut stanneo per sex horas bulliat, adiecto etiam auro, ut annulis vel nomismati<bu>s aureis, Obscurus. Capo generosus in aqua pura discoquitur cum foliis bor<r>aginis et buglossi, ana manip. j. conservarum de violis, rosis, bor<r>agine et buglosso, ana unc. ij. adijciatur etiam nonnihil de illis quae cordialia vocant contritum. destillatum inde liquorem in diplomate (balneo Mariae) cum pulvere diasantaloni<sup>575</sup> mixto propter odoris gratiam, propinabis creberrime, And. a Lacuna circa finem libri de peste. Sunt qui in quibusvis morbis, capitis praesertim, et frigidis, et cum virium imbecillitate, destillatas huiusmodi caponum aquas laudant, et nos colicis affectibus aliquando prodesse experti sumus, iis maxime qui flatuosi fuerint. aqua enim destillata aphysos<sup>576</sup> redditur, ut non amplius inflet, si recte parata fuerit, adijciuntur autem medicamenta alia atque alia a perito medico pro affectuum varietate. Plura leges in Thesauro Euonymi Philiatr<sup>577</sup>.

*Dialogi medicinales decem.* The broth of capon restores the strength in a marvelous way if a patient drinks even only a teaspoon of it. Make ready an old capon, empty him of entrails, shred him along with his bones. Then he has to boil for 6 hours in a well sealed up container of glass or tin, also adding gold, like rings or gold coins, an unknown author. You have to cook in pure water a plump capon along with a handful each of leaves of borage\* and bugloss\*, two ounces each [around 50 g] of preserve of violets, roses, borage and bugloss, you have to add also a little mush of those substances they call cordials. Then you will give very often to drink the liquid which has been distilled in a vessel with two containers (bain-marie\*) mixing powder from three kinds of sandal\* because of the pleasantness of its scent, Andrés de Laguna\*, toward the end of his book on plague. In whatever pathology, above all of the head, and of cold nature, and which is accompanied to exhaustion, some are praising the so distilled water of capon, and I might experiment that sometimes they are useful in case of illnesses of the colon, especially in those people who show flatulence. For the distillate becomes unable to give flatulence, so that doesn't make to inflate further on, provided that it has been correctly prepared, for by the experienced physician different kinds of medicines will be added according to the sort of pathology. You can read quite a lot on the subject in *Thesaurus Euonymi Philiatr*.

Page 414

¶ Vir nobilis quidam [414] in colico affectu post multa remedia frustra tentata, liberatus est tandem epoto cyatho (duarum aut trium unciarum) pinguedinis capi pinguis decocti in aqua (ut fieri solet ad cibum) absque sale. oportet autem pinguedinem iuri innatantem separatam bibere quam calidissimam, Ex libro manuscripto. Ei qui patitur varices, sevi hircini selibram, et adipis de capone libram simul permisce, et in linteo die Iovis cerati more adpone. potenter subvenies, Marcellus. Ad fistulam cum emortua est, (hoc est, ut mihi videtur, cum nullus in ea doloris sensus superest,) pelliculam interiorem de ventriculo capi quae abiici solet<sup>578</sup>, in Sole arefactam tere et insperge, Obscurus. ¶ Sunt qui ossa crurum capi compositis ad alba mulierum profluvia medicamentis admisceant.

¶ An intestinal colicky noble man, after uselessly several remedies had been tried, was finally freed after he drunk a cup (of two or three ounces - around 50-75 g) of fat of an obese capon cooked in water (as we usually do to prepare a food) and without salt. Nevertheless it is necessary that the fat floating on the broth is separately drunk and as warmest as possible, from a manuscript book. For a person suffering from varicose veins mix half a pound [163.72 g] of fat of he-goat with a pound [327.45 g] of fat of capon and, after has been put in a flax cloth, apply it by way of plaster on Thursday. You will help him enormously, Marcellus Empiricus\*. For a fistula, when it entered in a silent phase (that is, in my opinion, when feeling of pain is no longer present), mince and sprinkle the inner membrane of the stomach of the capon dried in the sun, which is usually thrown away, an unknown author. ¶ Some people are mixing the bones of the legs into composite medicaments against the leucorrhoea of

<sup>575</sup> In base alla ricetta contenuta nel trattato di Joannes Actuarius\* *De medicamentorum compositione* tradotto da Jean Ruel\* (Parisiis, apud Iacobum Bogardum, 1546), pagina 12 bis, si tratta dell'unione di tre tipi di sandalo: rosso, bianco e citrino. - PASTILLUS DIASANTALÓN, id est, e santalis, stomachi robor firmat, calorem iocinoris mulcet. Santali rubri, candidi et citrini, rosarum,[...].

<sup>576</sup> L'aggettivo greco maschile e femminile *áphysos* significa non ventoso, non flatulento.

<sup>577</sup> È il trattato sulla distillazione di Conrad Gessner *Thesaurus Euonymi Philiatr de remediis secretis* del 1552; il II volume venne pubblicato postumo nel 1569 dall'amico e collega Caspar Wolf.

<sup>578</sup> Si tratta della membrana di coilina\*.

women.

## DE GALLINA, ITEM DE OVIS TUM

Gallinaceis, tum in genere in C. E. F. G. et H.c. et c.


Errore factum est per festinationem, ut superius gallinacei iconis loco gallinae posita sit: cuius occasione hic contra gallinaceum pro gallina ponimus.

## THE HEN AS WELL AS THE EGGS

both of hens and in general in the paragraphs C, E, F, G and Hc and c.

Thanks to the hurry it happened that previously by mistake in place of the image of the rooster has been placed that of the hen: conversely, for such a reason, we put here the rooster instead of the hen.

Errore factum est per festinationem, ut superius gallinacei iconis loco gallinae icon posita sit: cuius occasione hic contra gallinaceum pro gallina ponimus.



A.

A

Gallinae proprie dicuntur foeminae in gallinaceo genere villatico, sed interdum pro genere toto nominantur, ut ὄρνιθες etiam vel ὄρνις, id est aves, apud Graecos. Vide in Gallinaceo A. Domesticae vel vernaculae gallinae sunt, quas Varro<sup>579</sup> villaticas nuncupat, Gyb. Longolius<sup>580</sup>. Plinius villares<sup>581</sup>.

Among the courtyard's gallinaceous genus the females are properly said hens, but sometimes we say in this way for the whole genus, as it also happens among Greeks for ὄρνιθες or for ὄρνις, that is, birds. See in the paragraph A of the rooster. Those whom Varro\* calls of courtyard, are the domestic or breeding hens, Gisbert Longolius\*. Pliny\* calls them villares, of farm.

<sup>579</sup> *Rerum rusticarum* III,9,4: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; hae enim ad partiones sunt aptiores.

<sup>580</sup> *Dialogus de avibus* (1544) pag. 17: LONGOLIUS. Si Athenaeo credimus, aves sunt transatione(?), at passim omnibus in locis nunc vernaculae sunt, commodeque mihi istius verbi memoriam restituisti(?). Sic enim dicuntur et domesticae istae gallinae, quas Varro quoque villaticas nuncupat. - Il testo è molto alterato e dobbiamo dire grazie a Fernando Civardi\* per essere riuscito a decifrarlo, spesso con molti punti interrogativi.

Cohortalis est avis quae vulgo per omnes fere villas conspicitur, Columella<sup>582</sup>. ¶ Hebraica nomina et תרנגולת, *tarnegolet*, et סכויא *sakuia*, pro gallina, ponuntur a Munstero in Dictionario trilingui. Vide supra in Gallinaceo. Gigeg, gallina vel gallus, Sylvaticus. Alibi apud eundem legitur digegi, ut apud Serapionis interpretem digedi. Tefese, gallina [415] Saracenis, ut alicubi legimus.

The courtyard's hen is that usually seen in almost all farms, Columella\*. ¶ By Sebastian Münster\* in his trilingual dictionary for the hen are reported the Hebrew terms *tarnegolet* and *sakuia*. See before about the rooster. *Gigeg* is the hen or the rooster, Matteo Silvatico\*. Still in his treatise, elsewhere, *digegi* is read, as in the translation of Serapion\* - by Gerard of Cremona\*? by Andreas Alpago\*? - *digedi* is read. For Saracens\* *tefese* is the hen, as I have read anywhere.

Page 415

Gallinae alfethi, secundum expositores Arabes, sunt gallinae quae nondum pepererunt ova, Andreas Bellunen. Galli et gallinae apud vetustissimos Graecos nomen nullum peculiare invenimus, sed communi ὄρνιθος vocabulo significasse hanc speciem videntur. Aristoteles vero et alii ὄρνιθα de avibus in genere proferunt, gallum ἀλεκτρούνα vel ἀλέκτορα vocant, gallinam ἀλεκτορίδα: rursus recentiores Graeci ὄρνιν vel ὄρνιθα in genere communi, de gallo gallinaque dicunt, ut scripsimus in Gallo H. a. ὄρνιθα etiam hodie Graecis vulgo gallina est casu recto. Italice gallina. Hispanice similiter. Ἀλεκτορίδες οἰκογενεῖς, id est gallinae domesticae, Aristot. Gallice geline vel poule. Sabaudis similiter, vel {genillete} <gelinette><sup>583</sup>. Anglice hen, Germanice Heñ, Hün. ¶ Gallinas graciles et plumis contractioribus, neque ut aliae garrulas, Germani novellas (Merzhennen) vocant, quod anniculae sunt, neque ovum hactenus peperere. Quae vero glorientes strepitu suo molestae sunt, et agmen pullorum ducunt, veteranae sunt (Klückhennen, Gluggeren,) at

According to Arab commentators, the alfethi hens are the hens who didn't lay eggs yet, Andreas Alpago\*. Among the most ancient Greeks we don't find any specific name of rooster and hen, but it seems that they identified this species with the collective word *órnithos* - of bird. But Aristotle\* and others use *órnitha* - bird - for the birds in general, they call the rooster *alektryóna* or *aléktora*, the hen *alektorída*: in their turn, the most recent Greeks for rooster and hen say *órnin* or *órnitha* both accusative, as I wrote in the paragraph H-a of the rooster. Nowadays for Greeks also *órnitha* is usually the hen, nominative. In Italian gallina. Alike in Spanish. *Alektorides oikogeneis*, that is, domestic hens, Aristotle. In French geline or poule. The same for the inhabitants of Savoy, or gelinette. In English hen, in German Henne, Hün. ¶ The Germans call new hens (Merzhennen - hens of discard) those who are frail and with more shortened feathers and who are not garrulous as the others, since, nevertheless they are one year old, didn't lay an egg yet. But those who with voice of broody hen annoy with their cackle, and lead the team of the chicks, are rather old (Klückhennen, Gluggeren), but all of them, being kept for rearing the chicks, I see that by Columella\* are called with only a name, *matrices* (Brüthennen\* - reproducers), Gisbert Longolius\*. Pliny\* said young and

<sup>581</sup> *Naturalis historia* XXIII,28: In fructibus et harundinetis maxime nascitur. radix foris nigra, intus buxuo colore. Ossa infracta vel efficacius extrahit quam supra dicta, cetera eadem. Peculiare quod iumentorum cervicibus unice medetur. aiunt, si quis villam ea cinxerit, fugere accipitres tutasque fieri villares alites.

<sup>582</sup> *De re rustica* VIII,2,2: DE COHORTALIBUS GALLINIS Cohortalis est avis quae vulgo per omnes fere villas conspicitur, rustica, quae non dissimilis villaticae per aucupem decipitur - eaque plurima est in insula quam navitae Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam vocitaverunt.

<sup>583</sup> Si tratta di un errore: *genillete* invece di *gelinette* che in francese significa gallinella. Ce lo conferma il *Thresor de la langue françoise* di Jean Nicot (1606) da cui riportiamo alcuni vocaboli connessi con *geline*, la gallina. GELINE: *Geline*, f. *ou poulle*, Gallina. *Les gelines orient*, Pipant gallinae. *Gelines d'Afrique*, Meleagrides. *Ce temps que les gelines pondent*, Ovatio. *Qui nourrit gelines*, Gallinarius. Plin. *Le lieu où on nourrit les gelines et autres oiseaux*, Ornithoboscium. *La geline pond par le bec*, id est, *par estre bien nourrie*. - GELINETTE: *Gelinette*, f. Gallinula, Pullastra, *C'est le diminutif de geline*. - GELINIER: *Gelinier*, m. Gallinarium, Gallinarum officina. *Le lieu où les gelines se retirent pour jucher*. *L'eschelle du gelinier*, Scala gallinaria. Celsus. - Se non bastasse, ecco un proverbio tedesco tradotto in francese: Was von Hennen kommt, scharrt auch. Qui est extrait de gelinette il ne peut qui ne gratte. - *Le Thresor de la langue françoise* (1606) de Jean Nicot est le point de départ de la lexicographie française. Somme des quatre éditions du *Dictionnaire françoislatin* de Robert Estienne, oeuvre qui marque le passage du dictionnaire latin au français comme langue source, il revêt, par les contributions de Nicot, le caractère d'un dictionnaire français monolingue. Ce faisant, il ouvre la voie aux dictionnaires de Richelet, de Furetière, de l'Académie française et de lexicographes postérieurs tels que Littré. Il n'est pas exagéré de dire que l'article de dictionnaire, du moins en ce qui concerne la lexicographie française, a été élaboré par Nicot. À peu près tout type d'information ainsi que tout procédé de description utilisés depuis dans un dictionnaire français se trouvent déjà dans les pages du Thresor. - Gessner non cade in questo errore quando a pagina 223\* parla del francolino\*: Avis cuius effigiem supra posuimus, Italis vocatur pernis alpedica, vel perdice alpestre, id est perdix alpina, in locis scilicet qui non procul alpebus distant, ut circa lacum Verbanum, ab aliis fasanella, ut Bellinzonae: aliis francolino. Gallis, gelinette, vel gelinette sauvage, id est gallina sylvestris, in Burgundia et Lothoringa: [...].

omnes quod pullis educandis custodiantur, uno nomine matrices (Brüthennen) a Columella dici video, Gyb. Longolius<sup>584</sup>. Gallinas iuvencae et veteres Plinius<sup>585</sup> dixit, et Gaza (ex Aristotele) eum secutus. Gallinas teneras quae primum parie{ri}nt<sup>586</sup> apud Catonem legimus.

### B.

Gallinae crista fere carent, Gyb. Longolius<sup>587</sup>. Gallina {plicabilem} <plicatilem> cristam per medium caput habet, gallinaceus erectam, Perottus<sup>588</sup>. Sunt quaedam pedibus per totum hirsutis, gehöblete Hünen. Reliqua leges in Gallo B. supra; et quaedam infra in E. de electione gallinarum.

### C.

Quae de gallinis hoc in loco dici poterant, pleraque omnia iam supra in Galli historia exposita sunt. Infra etiam in E. de cibo et pulveratione earum, deque aliis quibusdam, authorum verba referemus. ¶ Pipare proprie gallinae dicuntur, Nonius, Bos mugit, gallina pipat, Varro Aboriginibus citante Nonio. Varro pullos pipare dixit, Nonius<sup>589</sup>. Pipire proprie dicuntur pulli gallinacei et huiusmodi Columellae<sup>590</sup>. Pipatio Oscanum lingua clamor plorantis appellatur, Festus. Glocientes rustici appellant aves quae volunt incubare, Columella<sup>591</sup>. Gallina cecinit, Terentius Phormione. Cucur<r>ire solet gallus, gallina

old hens, and Theodore Gaza\* followed him (drawing it from Aristotle). In Cato\* we can read tender hens for those who will lay the first time.

### B

The hens are nearly devoid of comb, Gisbert Longolius. The hen in the middle of the head has a bent comb, the rooster has an upright one, Nicolò Perotto\*. Some have the legs entirely bristling with feathers, gehöblete Hünen - shod hens. You can read the other things previously in the chapter of the rooster paragraph B and afterward in the paragraph E concerning the choice of the hens.

### C

Anything could be said about hens in this paragraph, mostly has already been previously told in the account concerning the rooster. Afterward, also in the paragraph E, I will quote the words of the authors concerning their feeding and baths of dust, as well as some other things. ¶ They properly say that hens chirp, *pipare*, Nonius Marcellus\*. The ox lows, the hen chirps, Varro\* in the Menippean\* satire *Aborigine perì anthrópon phýseos*, as Nonius himself quotes. Varro said that chicks chirp, Nonius. In Columella is properly said that the chicks of chickens, and others of the same sort, peep, *pipire*. In the Oscan\* language is said *pipatio* the moan of a crying person, Festus\*. The farmers call clucking the hens who want to sit on eggs, Columella. The hen *cecinit*, cackled,

<sup>584</sup> *Dialogus de avibus* (1544) pag. 16-17: LONGOLIUS. Habere malim quam sperare: sed tuos iocos ego novi. Gallinaceos vocant totum hoc genus avium quod de gallinario devolare paulo ante vidisti. In hiis foeminae, quae crista fere carent, gallinae dicuntur, et ad ovium partionem a villico, a nobis vero in mensam ali solent. Inter has vides graciles quasdam, et [17] plumis contractioribus mundioribus, neque ut alias garrulas: has novellas vocant, quod anniculae sunt, neque ovum hactenus peperere. Quae vero glocientes, strepitu suo molestae sunt, et agmen pullorum ducunt, veteranae sunt: at omnes, quod pullis educandis custodiantur, uno nomine matrices a Columella, exquisito sane scriptore, dici video. Vides et hic prope villae culinam quasdam caveis inclusas, has villica copiosiore cibo pascit, ut quam mox plenas factas, carius mercatori vendat, has factas et altiles nuncupant.

<sup>585</sup> *Naturalis historia* X, 146: Quaedam omni tempore coeunt, ut gallinae, et pariunt, praeterquam duobus mensibus hiemis brumalibus. Ex iis iuvencae plura quam veteres, sed minora, et in eodem fetu prima ac novissima. Est autem tanta fecunditas, ut aliquae et sexagena pariant, aliquae cotidie, aliquae bis die, aliquae in tantum, ut effetae moriantur. Hadrianis laus maxima.

<sup>586</sup> *De agricultura* 89: Gallinas et anseres sic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient, concludat. Polline vel farina hordeacea conspersa turundas faciat, eas in aquam intingat, in os indat, paulatim cotidie addat; ex gula consideret, quod satis sit. Bis in die farciat et meridie bibere dato; ne plus aqua sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere et bis in die, bis escam.

<sup>587</sup> *Dialogus de avibus* (1544) pag. 16.

<sup>588</sup> Nicolò Perotto, sulla scia di Plinio, potrebbe aver usato *plicabilis* anziché *plicatilis*. - Plinio *Naturalis historia* XI,122: Diximus et cui plicatilem cristam dedisset natura. Per medium caput a rostro residentem et fulicarum generi dedit, cirros pico quoque Martio et grui Balearicae, sed spectatissimum insigne gallinaceis, corporeum, serratum; nec carnem ita esse nec cartilaginem nec callum iure dixerimus, verum peculiare datum. draconum enim cristas qui viderit, non reperitur.

<sup>589</sup> Citazione sospetta. - La ricerca alla voce PIPARE nell'edizione della *Compendiosa doctrina* di Nonio Marcello stampata a Parma nel 1480 è negativa per l'affermazione di Varrone circa il fatto che i pulcini *pipant*. Inoltre, alla voce PULLUS del capitolo DE GENERE VEL COLORE VESTIMENTORUM non viene citato *pipare*.

<sup>590</sup> Sia *pipare* che *pipiare* nonché *pipire* significano pigolare. Nell'edizione del *De re rustica* di Columella a mia disposizione viene usato il verbo *pipare*: VIII,5,14: [...] undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipant. - La maggior parte degli editori riporta *si pipiant*.

rotten eggs and full of wind, i. e., corrupted and sterile eggs keep afloat? On the contrary it is evident that those intact and which didn't suffer damage - καὶ ἀπαθῆ - sink at once. The reason, he says, can be drawn from the fact that they become liquid like water and while decaying they take up a lot of air. For this reason it can also be gathered why when steeped in water, first they go to the bottom: as soon as they begun to rot, usually they come up and float, etc., still Lodovico Ricchieri. You can easily distinguish a filled egg from a dried one if you will put them in water. The former in fact will go down and sink, the latter will swim in surface, Leontinus - a geponic\*. An egg just laid put in salty water is floating, while in sweet water sinks, as Pietro of Abano\* writes in *Expositio problematum Aristotelis*. Those people who are about to transform some water so salty like that of sea, add salt to such an extent that the egg is floating.

Page 423

De ovis [423] quorum albumen corruptum est, sicut humor in apostemate, unde et infoecunda et omnino foetida redduntur, Alberti verba recitavi supra<sup>694</sup>. Videntur autem eadem urina Aristotelis esse: quanquam is urinorum non albumen sed vitellum corruptum esse scribit. ¶ Si incubante gallina tonuit, ova pereunt, Aristot.<sup>695</sup> Si incubatu tonuerit, ova pereunt: et accipitris audita voce vitiantur. remedium contra tonitrum, clavus ferreus sub stramine ovorum positus, aut terra ex aratro, Plinius<sup>696</sup>. Tonitrua incubationis tempore ova concutiunt, unde illa corrumpuntur, et praecipue si iam in eis formati sunt pulli. sed aliarum avium ovis magis haec nocent, aliarum minus: corvorum maxime. itaque videntur corvi partu suo et incubitu tempus tonitruum praevenire, et pullos Martio educare, Albert. Tonitruis vitiantur ova, pullique semiformes interimuntur antequam

Previously I quoted the words of Albertus\* about the eggs whose albumen is rotten like the liquid in an abscess, that's why they become infertile and extremely fetid. It seems that they correspond to those full of wind of Aristotle\*: even if he writes that it is not the albumen but the yolk to be altered in those full of wind. ¶ If it has thundered while the hen is brooding, the eggs become ruined, Aristotle. If it will thunder during the incubation, the eggs become ruined: and if they have heard the voice of the hawk\* go badly. A remedy against the thunder is represented by an iron nail placed under the litter of the eggs, or some earth taken from the plow, Pliny\*. The thunders shake the eggs in the period of incubation, that's why they go badly, and especially if in them the chicks already are formed. But these things do harm more to the eggs of some birds, less to those of others. Above all to those of crows.

<sup>693</sup> Il verbo ἐξουρίζω in senso attivo significa emettere con l'urina, in senso passivo significa essere emesso con l'urina. Traduciamo pertanto con 'piene di urina', o con un equivalente 'piene di vento', cioè, sterili. Ἐξουρίσαντα è glossato da Lodovico Ricchieri con il latino *urina* (da οὐριος = che ha il vento favorevole, in quanto οὐρος è il vento favorevole, oppure da οὐριος / οὐριος = per l'urina, in quanto οὐρον è l'orina) e in Plinio *urina* designa le uova ventose: Columbae proprio ritu osculantur ante coitum. Pariunt fere bina ova, ita natura moderante, ut aliis crebrior sit fetus, aliis numerosior. Palumbis et turtur plurimum terna nec plus quam bis vere pariunt, atque ita, si prior fetus corruptus est et ut, quamvis III pepererint, numquam plus II educant. Tertium inritum est; urinum vocant. Palumbis incubat femina post meridiana in matutinum, cetero mas. (*Naturalis historia* X,158)

<sup>694</sup> A pagina 420\*: Albumine autem corrupto nihil omnino per incubationem formatur, sed ovum totum turbatur et corrumpitur, sicut corrumpitur humor (sanies) in apostemate, quamobrem perquam foetida redduntur talia ova. (Haec esse conijcio quae Aristoteles et alii urina vocant, de quibus infra copiosius scribetur. nostri putrida ova, sule eyer. quanquam Aristoteles urina non albumine, sed vitello corrupto fieri ait).

<sup>695</sup> *Historia animalium* VI,2 560a: Del resto gli uccelli differiscono tra loro anche per la maggiore o minore attitudine alla cova. Se tuona durante la cova, le uova si rovinano. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>696</sup> *Naturalis historia* X,152: Si incubitu tonuit, ova pereunt; et accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra tonitrus clavus ferreus sub stramine ovorum positus aut terra ex aratro.

toti partibus suis consummentur, Columella<sup>697</sup>.

¶ Incubatio et exclusio. De incubatione nonnihil superius scriptum est, et scribetur in E. copiose. Gallinae cum incubant, non cum peperint, furiunt, ratione inediae, Aristot. in Problem. 10,37. Ovis triduo incubatis puncti magnitudine apparent viscera, Aristot. Et rursus, Ova gallinarum tertia die ac nocte postquam coepere incubari, indicium praestare incipiunt. maiori quidem avium generi plus temporis praetereat necesse est, minori minus sufficit.<sup>698</sup> Schista<sup>699</sup> ova Plinius appellat tota lutea, quae triduo incubata tolluntur. Causa nominis, ut arbitror, quia dividantur, et discedat vitellus a candido, Hermolaus. In ovo primum apparet caput pulli, Galenus in Anatome vivorum. sed de formatione pulli in ovo plura superius scripta sunt.

That's why it seems that the crows prevent the period of the thunders through laying and brooding, and that they raise the chicks in March, Albertus. The eggs are altered by thunders, the growing chicks are killed before they are completed in all their parts, Columella\*.

¶ INCUBATION AND EXCLUSION. About the incubation something has been previously written and will be abundantly written in the paragraph E. The hens when are broody, not after laid an egg, are furious because of abstinence from food, Aristotle in *Problemata* 10,37. In the eggs incubated since three days become evident the entrails having the size of a point, Aristotle. And still: The eggs of the hens start to show a sign after third day and third night since started to be incubated. In the birds of greater size it is necessary that a larger period of time is running, in the smaller ones it is enough a briefer time. Pliny calls *schista* eggs - split eggs - the wholly yellow ones removed at third day of incubation. It seems me that the reason of this name is in the fact that they split up and the yolk parts from the white, Ermolao Barbaro\*. In the egg firstly appears the head of the chick. Galen\* in *Administrationes anatomicae Libri I-IX*. But about the formation of the chick in the egg quite

<sup>697</sup> *De re rustica* VIII,5,12: Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid et ramulos lauri nec minus alii capita cum clavis ferreis subiciunt. Quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitantur ova pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur.

<sup>698</sup> *Historia animalium* VI,3 561a: Nelle galline, dunque, un primo segno compare dopo tre giorni e tre notti; negli uccelli più grandi di queste occorre più tempo, in quelli più piccoli meno. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>699</sup> Siccome incorreremo nel latino *sitista* di Plinio, premettiamo che l'aggettivo greco *σιτιστός* riferito agli animali significa ben nutrito, ingrassato; deriva dal verbo *σιτίζω* che significa nutrire. - La trasformazione di *sitista* in *schista* è dovuta a Ermolao Barbaro *Castigationes Plinianae*: EX LIBRO VIGESIMONONO EX CAPITE III: FIUNT ET TOTA LUTEA QUAE VOCANT SITISTA: Alii codices habent Sicista. Ipsum legendum fere arbitror Schista: quoniam ab incubatu exempta quasi dividantur et discedat vitellus a candido. Nam & luteum & candidum dicit Aristoteles de animalium generatione tertio, membranis inter sese distinguuntur: & incubante ave concoquenteque animal ex alba parte ovi secernitur, augetur ex reliqua. - I nostri testi riportano abitualmente *sitista*, come risulta dal seguente brano della *Naturalis historia* XXIX, 45: Utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitis indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur. Fiunt et tota lutea, quae vocant sitista, cum triduo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum gallae dimidio ita, ne ante II horas alius cibus sumatur. Dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri hemina et pari modo olei polentaeque. - Nella *Naturalis historia* Plinio usa *schistos* per indicare un minerale in XXIX,124, XXXIII,84 e in XXXVI,144,145 e 147. L'aggettivo *schistos*, -a, -on significa fissile, cioè che si può fendere, che si può dividere facilmente, derivato dal greco *schízō* = scindo, divido; viene usato da Plinio in XXX,74, in XXXI,79 e in XXXIII,88 riferito all'allume. Il sostantivo maschile *schistos* significa limonite\*, minerale ferroso che nella varietà pulverulenta, nota con il nome di ocre gialla, viene usata come pigmento colorante (terra di Siena). Ma Plinio usa l'aggettivo *schistos* per indicare anche una cipolla che, come lo scalogno - *Allium ascalonicum* -, possiede un bulbo composto da bulbilli aggregati i quali possono essere separati e quindi usati uno a uno per riprodurre la pianta, come accade per l'aglio comune o *Allium sativum*. Ecco il brano di Plinio in cui parla della cipolla di Ascalona e della cipolla *schista* in *Naturalis historia* XIX: [101] Alium cepasque inter deos in iureiurando habet Aegyptus. Cepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alsidenia, setania, schista, Ascalonia, ab oppido Iudaeae nominata. Omnibus etiam odor lacrimosus et praecipue Cyprii, minime Cnidii. Omnibus corpus totum pingui tunicarum cartilagine. [102] E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia condiuntur. Schistam hieme cum coma sua relinquit, vere folia detrahunt, et alia subnascentur iisdem divisuris, unde et nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita crescant potius quam in semen. - Plinio usa *schistos* anche per indicare un modo di preparare il latte in XXVIII,126: Medici speciem unam addidere lactis generibus, quod schiston appellaverunt. Id fit hoc modo: fictili novo fervet, caprinum maxime, ramisque ficulneis recentibus miscetur additis totidem cyathis mulsi, quot sint heminae lactis. Cum fervet, ne circumfundatur, praestat dyathus argenteus cum frigida aqua demissus ita, ne quid infundat. Ablatum deinde igni refrigeratione dividitur et discedit serum a lacte. - Insomma: com'era prevedibile, nessuna traccia in *Naturalis historia* delle uova *schista* citate da Aldrovandi in quanto furono ideate da Ermolao Barbaro. Anche Conrad Gessner riporta le uova *schista* come notizia dovuta a Plinio pag. 420: Fiunt et tota lutea quae vocant schista, cum triduo incubata tolluntur, Plin. - Viene da pensare che a pagina 420\* anche Gessner abbia fatto affidamento sulla *castigatio* di Ermolao Barbaro.

¶ Excludunt celerius incubantes aestate, quam hyeme. ideo aestate gallinae duodevigesimo (undevigesimo, Plinius) die foetum excludunt: hyeme aliquando vigesimoquinto. Discrimen tamen et avium est, quod aliae magis aliis fungi officio incubandi possunt, Aristot.<sup>700</sup> Aestate locis calidis decimonono die exeunt ova, hyeme vicesimonono, Albertus. Caput pulli ad acumen ovi convertitur<sup>701</sup>, et totum corpus ad residuum: et pullus nascitur supra pedes, sicut et caeteri pulli avium, Idem. Et rursus, Exit autem in partu prius pars latior, quae extrorsum in ave vertitur: posterius acuta, quae diaphragma respicit. quare etiam durior est eadem et ex calore nonnihil corrugata in ovis gallinarum. Exeunt ova a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente, quibuscumque emergunt portionibus, Plinius<sup>702</sup>.

#### D.

Gallinae cum mares vicerint, cucur<r>iunt, et exemplo marium tentant superventu coire. crista etiam caudaque erigitur, ita, ne facile praeterea sit, an foeminae sint cognoscere. nonnunquam etiam calcaria parva iis enascuntur, Aristot.<sup>703</sup> ¶ Villaribus gallinis et religio inest. inhorrescunt {a}edito ovo, excutiuntque sese, et circumactu purificant, et festuca aliqua sese et ova lustrant, Plin.<sup>704</sup> De hoc gallinarum pericarpismo, plura leges in C. Ὠς δ' ὄρνις ἀπτῆσι {νεοσοῖσι} <νεοσοῖσι> προφέρησι | Μάστακ', ἐπεὶ >κε λάβησι. κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῆ, Achilles Iliad. ι.<sup>705</sup> suos quos pro Graecis subierat labores et pericula prae nimia in eos benevolentia, conferens matricis avis (gallinae

a lot has been written formerly.

¶ They hatch more quickly if the hens brood them in summer rather than in winter. Insofar in summer the hens hatch the fetus at 18th day (19th, Pliny): in winter sometimes at 25th. However also a difference exists among the birds, since some can perform the duty of brooding better than others, Aristotle. In summer in warm places the eggs hatch at 19th day, in winter at 29th, Albertus. The head of the chick goes towards the pointed end - not! towards the blunt end - of the egg and the whole remnants of the body go towards the remaining space: and the chick hatches by leaning on feet, as also the other chicks of the birds, still Albertus. And yet: During egg laying first comes out the widest part of the egg, which turns outward inside the bird: lastly comes out the sharp part, which is directed toward the diaphragm. That's why this is also the hardest part and in the eggs of the hens is rather wrinkled because of the heat. The eggs while are laid go out showing their more rounded part, with a soft shell, but which quickly hardens with whatever part are going out, Pliny.

#### D

The hens, when got the better of the males, do a cock-a-doodle-doo and on the example of males they try to pair off by mounting. Also the comb as well as the tail straighten up, so that afterward it is not easy to realize if they are females. Sometimes also little spurs are sprouting, Aristotle. ¶ In hens of farm also a rituality exists. They ruffle the feathers after laid the egg and shake and purify themselves going round and round, and purify themselves and the eggs with a straw, Pliny. About this *perikarpismós* - to cover themselves with straw - you will read quite a lot of things in the paragraph C. *Hos d' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσοῖσι προφέρησι* | *Mástak', epeike lábēsi. kakós d' ára oi pélei autēi* - For like the hen offers to featherless chicks | the food after she got it, this fact goes against herself

<sup>700</sup> *Historia animalium* VI,2 559b-560a: Le uova covate d'estate si schiudono più rapidamente che in inverno: infatti d'estate le galline le fanno schiudere [560a] in diciotto giorni, mentre d'inverno ne occorrono loro talvolta anche venticinque. Del resto gli uccelli differiscono tra loro anche per la maggiore o minore attitudine alla cova. Se tuona durante la cova, le uova si rovinano. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>701</sup> Questo è un grave errore di Alberto. La testa del pulcino è diretta verso la parte ottusa dell'uovo, dove c'è la camera d'aria. Vedi il lessico alla voce Embrione di pollo\*.

<sup>702</sup> *Naturalis historia* X,145: Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia. Aquatiliū rotunda, reliqua fere fastigio cacuminata. Exeunt a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente quibuscumque emergunt portionibus. Quae oblonga sint ova, gravioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem. Umbilicus ovis a cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine.

<sup>703</sup> La notizia sul comportamento delle galline quando hanno sconfitto un maschio proviene da Aristotele *Historia animalium* IX 631b 8.

<sup>704</sup> *Naturalis historia* X,116: Villaribus gallinis et religio inest. Inhorrescunt edito ovo excutiuntque sese et circumactae purificant aut festuca aliqua sese et ova lustrant. - Aristotele *Historia animalium* VI,2, 560b 7-11: In generale, le femmine degli uccelli si consumano e si ammalano se non covano. Dopo l'accoppiamento esse arruffano le piume e si scuotono, e spesso gettano festuche tutto attorno (la stessa cosa fanno talvolta anche dopo la posa), mentre le colombe trascinano al suolo la coda e le oche si tuffano in acqua. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>705</sup> *Iliade* IX,323-24: Come ai pulcini il cibo portare un aligero suole, | quand'ei l'abbia trovato, che nulla per lui ne rimane. (traduzione di Ettore Romagnoli)

nimirum per excellentiam) in pullos affectui, quos illa dum pascit, et cibos subinde collectos ore porrigit, se suamque famem negligit. Citat haec verba Plutarchus in libro de amore parentum erga prolem<sup>706</sup>. Ubi haec etiam eius verba leguntur, {ὄτι} <ὥσπερ> ἡ Ὀμηρικὴ ὄρνις τῶ ἑαυτῆς τρέφει λιμῶ τὰ ἔγγονα καὶ τὴν τροφήν τῆς γαστρὸς ἀπτομένην, ἀποκρατεῖ καὶ πιέζει τῶ στόματι, μὴ λάθη καταπιούσα. Gyb. Longolius sic transtulit, Homericam avis sua fame parvulos natos pascit: et nutrimentum quod ventri suo destinaverat, ore retinet, ne eo in ventrem delapso in oblivionem ipsa adducatur. Sed lector {consyderabit} <considerabit>, an sic potius reddi debeant verba posteriora: Ventris sui alimentum ore tenens, abstinet tamen, et ne forte nolens etiam deglutiat, mordicus premit.

Et paulo post<sup>707</sup> in eodem libro: Quid vero gallinae, (inquit Plutarchus,) quas observari nostris oculis quotidie domi conspicamur, quanta cura et sedulitate pullos custodiunt et gubernant: aliis alas, quas subeant, remittunt: aliis dorsum, ut scandant, reclinant. neque ulla pars corporis est, qua non fovere illos, si possent, cupiant: neque id sine gaudio et alacritate, quod et vocis sono testari videntur. Canes et angues (κυνέας καὶ δρακοντίας, forte κίρκους καὶ δράκοντας) cum de se agitur, sibi que solis metuunt, fugiunt tum quidem. si vero pullorum agmini ab his periculum verentur, vindicare illud ab iniuria nituntur, et supra quam vires patiuntur saepe dimicant.

Gallinae avesque reliquae, sicut Cicero ait<sup>708</sup>, et quietum requirunt ad pariendum locum, et cubilia

the food after she got it, this fact goes against herself, Achilles\* in *Iliad* IX. His labours and dangers he went towards for Greeks because of an excessive love for them, referring himself to the fondness of the mother bird (who obviously is represented for excellence by the hen) towards the chicks, who while is grazing them and giving with mouth the just picked up foods is neglecting herself and her hunger. Plutarch\* quotes these words in the book *The love of parents toward offspring*. In which his following words are read too: *hōsper hē Homērikē ōrnis tō, heautēs trépheí limō, tà éggona kaì tēn trophēn tēs gastrōs haptoménēn, apokrateí kaì piézei tō, stómati, mē láthē; katapioúsa.* - as the Homeric bird nourishes their chicks at the price of his own hunger and prevents the nourishment to reach his stomach, he holds it in his beak being afraid of swallowing it without his knowledge. Gisbert Longolius\* translated as follows: The Homeric bird feeds his little young with his own hunger and the food he had intended for his own stomach he keeps in his mouth lest when it has descended thither he himself should be led to forget. But the reader will consider if the last words don't owe rather sound in this way: Keeping with the mouth the food destined to his belly, nevertheless he abstains and seizes it in an obstinate way so that unintentionally doesn't swallow it.

And a little ahead in the same book Plutarch says: What to say of the hen, whom we observe each day at home, with what care and solicitude they guard and lead their chicks: for some of them they let down their wings for the chicks to come under: for others they turn back their backs for them to climb up. And there is no part of their bodies with which they do not wish to protect them if possible: nor they do this without joy and enthusiasm, and it seems that are testifying this by the sound of their voice. When they are dealing with themselves and are fearing only for themselves, only then they avoid dogs and snakes (*kynéas* - dogs - *kaì drakontías* - and little snakes, perhaps *kírkous* - hawks - *kaì drákontas* - and dragons, snakes). But if they fear that from these enemies a danger can follow for their crowd of chicks, they struggle in avenging it for the offence, and often fight beyond their own endurance.

As Cicero\* says, hens and other birds also seek a quiet place in which to lay their eggs and build

<sup>706</sup> In Italia, di Plutarco, è edito da D'Auria *L'amore fraterno e l'amore per i figli* (a cura di A. Postiglione). Aldrovandi dà come fonte il *De amore parent. erga liberos* che corrisponde a *Moralia* 494D = cap. 2 p. 494D. Plutarco non ha ὄτι ma ὥσπερ.

<sup>707</sup> *Moralia* cap. 2, 494E-F-495A. Il testo greco è più semplice; si tratta piuttosto di una parafrasi. (Roberto Ricciardi)

<sup>708</sup> *De natura deorum* II 129-130: Iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum excuderunt, ita tuentur, ut et pinnis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pinnulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur. [130] Accedit etiam ad nonnullorum animantium et earum rerum, quas



sibi nidosque construunt, eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur. ex ovis pullos cum excluserunt, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore laedantur: et si est calor a Sole, se opponant. Cum autem pulli pennulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, Gillius. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis, admiratio primo non plane agnoscentis foetum: mox incertos incubitus sollicitate convocantis: postremo lamenta circa piscinae stagna, mergentibus se pullis natura duce, Plin.<sup>709</sup> Exeuntes pullos gallina sub alas congregat, defenditque eos a milvo et aliis periculis, Albert. Gallina supra modum diligit foetum suae speciei, adeo ut prae voce nimis acuta qua suum in pullos amorem testatur, aegrescat. Ova quidem quae incubat, unde sint non curat, circa alienum etiam partum sollicita. Idem. Gallina ardet studio et amore pullorum: primum enim ut circum avem rapacem supra tectum gyros agere cognoscit, statim vehementer vociferatur, et cervicem iactans, atque in gyrum contorquens, caput in altum tollit, ac omnibus plumis inhorrescit, tum explicatis alis timidos pullos, et sub alato tegmine pipientes protegit, avemque procacem retrocedere cogit: Deinde eos ex [424] latibulo plumeo prodeuntes studiose pascit, Gillius<sup>710</sup>.

sleeping places for themselves and nests, and cover them as softly as possible, so that the eggs preserve themselves as easily as possible: so that when chicks came out from eggs are protected in such a way to warm them also with feathers in order that they are not injured by cold: and if the weather is hot, so that they come between the sun. In fact when chicks can use their small feathers, then the mothers follow them in their flies, Pierre Gilles\*. Above every other thing there is the extraordinary fact of when the eggs of duck have been put for brooding and hatching under a hen, who at first doesn't recognize at all the chick: then to lie down on him in a uncertain manner and breathlessly calling him: finally her complaints around the stretch of water in which the chicks are swimming under the guide of nature, Pliny. The hen picks up under the wings the chicks coming out of the egg and defends them from kite\* and other dangers, Albertus. The hen loves in an exaggerated way the fetus of her species, to the point to get sick because of the extremely acute voice with which she attests her love towards the chicks. In fact she doesn't take care whence are coming the eggs she is incubating, being thoughtful also towards the birth of other females, still Albertus. The hen burns of care and love for the chicks: first of all she is well aware of how to vault around a rapacious bird which is above her shelter, then immediately starts shouting in a deafening way and by lengthening the neck and by twisting all herself she raises the head and gets ruffled with all the feathers, then, after has spread the wings, she protects under the winged protection the timid peeping chicks, and forces the insolent bird to retreat: then she grazes them with care while are coming out from the hideaway of feathers, Pierre Gilles.

Page 424

Nostrum milvum aut accipitris genus a gallinarum praeda vocant den huenerdieb, id est gallinarum furem. Rubetarium esse credo accipitrem illum (inquit Turnerus) quem Angli hen harroer nominant. Porro ille apud nostros a dilaniandis gallinis nomen habet. palumbarium magnitudine superat, et coloris est cinerei. Humi sedentes aves in agris, et gallinas in oppidis et pagis repente adoritur. Praeda frustratus, tacitus

Ours call the kite\* or the genus of the birds of prey as *den huenerdieb*, that is, hens thief. I believe that the bramble hawk is that sparrowhawk\* (William Turner\* says) called by English as *hen harroer*\*. For among us he gets the name from the fact that he claws the hens. He is larger than the *accipiter palumbarius*\* - hawk of wild pigeons - and is of an ashen-grey color. The *Hen Harrier* - *Circus cyaneus* - suddenly attacks the birds living on ground in fields, and the hens in towns and

---

terra gignit, conservationem et salutem hominum etiam sollertia et diligentia. Nam multae et pecudes et stirpes sunt, quae sine procuratione hominum salvae esse non possunt.

<sup>709</sup> *Naturalia historia* X,155: Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quaque esset. Narrantur et mortua gallina mariti earum visi succedentes in vicem et reliqua fetae more facientes abstinentesque se cantu. Super omnia est anatum ovis subditis atque exclusis admiratio prima non plane agnoscentis fetum, mox incerti singultus sollicitate convocantis, postremo lamenta circa piscinae stagna mergentibus se pullis natura dulce. - Inutile correggere le varie versioni di Plinio che ci sono state tramandate.

<sup>710</sup> Il brano di Pierre Gilles è tratto da liber XIV caput XXXIII - *De Gallina* - di *Ex Aeliani historia per Petrum Gyllium latini facti: itemque ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, tum eodem Gyllio luculentis accessionibus aucti libri XVI, de vi et natura animalium* (Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1533).

discedit, nec unquam secundum facit insultum. hic per humum omnium (accipitrum) volat maxime. Urticarum genera quaedam mortifera pullis, gallina rostro nititur evellere: in quo conatu tantum aliquando laborat, ut rumpatur interius, Albertus.

¶ Quae nam animalia gallinis infesta sint, dictum est paulo ante, et supra etiam in Gallo D. diciturque amplius infra in E. Gallinam ferunt eo die quo ovum peperit, a serpente laedi non posse: et tum carnem quoque eius a serpente morsis remedio esse, Albert. Qui serpentium canisve dente aliquando laesi fuerint, eorum superventus gallinarum incubitus, pecorum foetus abortu vitiant, Plin.<sup>711</sup>

### E.

Electio. Mercari porro nisi foecundissimas aves non expedit. eae sint rubicundae vel fuscae plumae nigrisque pennis, ac si fieri poterit, omnes huius, et ab hoc proximi coloris eligantur: sin aliter, evitentur albae, quae fere cum sint molles, ac minus vivaces, tum ne foecundae quidem facile reperiuntur, atque sunt conspicuae. propter quod insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. sint ergo matrici probi coloris, robusti corporis, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus: et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus, generosissimaeque creduntur, quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitum dedignatur admittere marem, raroque foecunda, etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit, Columella<sup>712</sup>. Sint praecipue nigrae aut flavi

villages. If disappointed by his prey, he dumbly goes away and never launches a second attack. This one among all (birds of prey) flies mostly along the ground. The hen gets busy with beak upon some species of nettles\* deadly to chicks: sometimes she is devoting herself to such an extent in this effort to run into inner rents, Albertus\*.

¶ In fact what are the dangerous animals for hens has been told a little while ago and also previously in the paragraph D of the chapter about the rooster and I will speak all the more abundantly here below in the paragraph E. They say that the hen cannot be injured by the snake in the day when she laid an egg: and that therefore also her meat represents a remedy for those people bitten by a snake, Albertus. Because of the sudden arrival of those people by chance wounded by the tooth of snakes or of a rabid dog, they make to go bad the hens' incubations and the livestock's foetus by abortion, Pliny\*.

### E

CHOICE. Moreover it is not worthwhile to purchase birds if not fertile. These birds must have red or blackish feathers and black plumes, and if it will be possible all are chosen of this color or of a very similar color. If it is not possible to do otherwise, the white subjects must be avoided, which for the more are not only weak and less long-living, but it is not even easy to find them prolific, and in addition they are well visible. Because of the characteristic of the whiteness they are more often carried away by hawks\* and eagles\*. The reproducer females are therefore to be of suitable color, of strong build, sturdy, have to possess a wide breast, a big head, the small comb upright and red shining, white earlobes: and in this respect they must have them as biggest as possible, and must not to have even toes, and are held very fertile those with five toes, but must not to have spurs sticking out sideways on the legs. In fact, that one bringing this sign of masculinity, reluctant to joining, is disdainful in accepting the male, and is rarely fertile

<sup>711</sup> *Naturalis historia* XXVIII,31-32: [31] Signum eius familiae est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. atque eorum sudor quoque medebatur, non modo saliva. Nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, ut vocem quoque eorum fugiant. Horum omnium generum insita repugnantia interventum quoque mederi constat, sicuti adgravari vulnera introitu eorum, qui unquam fuerint serpentium canisve dente laesi. [32] Idem gallinarum incubitus, pecorum fetus abortu vitiant; tantum remanet virus ex accepto semel malo, ut venefici fiant venena passi. Remedio est ablui primus manus eorum aquaque illa eos, quibus medearis, inspergi. rursus a scorpione aliquando percussi numquam postea a crabronibus, vespis apibusve feriuntur.

<sup>712</sup> *De re rustica* VIII,2,7-8: Parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur. Mercari porro nisi foecundissimas aves non expedit. Eae sint rubicundae vel infuscae plumae nigrisque pennis, ac si fieri poterit, omnes huius et ab hoc proximi coloris eligantur. Sin aliter, vitentur albae, quae fere cum sint molles ac minus vivaces, tum ne foecundae quidem facile reperiuntur, atque etiam conspicuae propter insigne candoris ab accipitribus et aquilis saepius abripiuntur. [8] Sint ergo matrici robii coloris, quadratae, pectorosae, magnis capitibus, rectis rutilisque cristulis, albis auribus, et sub hac specie quam amplissimae, nec paribus unguibus: generosissimaeque creduntur quae quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria. Nam quae hoc virile gerit insigne, contumax ad concubitum dedignatur admittere marem, raroque foecunda etiam cum incubat, calcis aculeis ova perfringit.

coloris, Palladius<sup>713</sup>. Gallinarum generositas spectatur, crista erecta, interdum et gemina, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus<sup>714</sup>, aliquando et super quatuor digitos transverso uno, Plin.<sup>715</sup> Qui villaticas gallinas parat, eligat foecundas, plerunque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla<sup>716</sup>, hae enim ad partiones sunt aptiores, Varro<sup>717</sup>.

Gallinas educaturus eligat foecundissimas: quas nimirum ex usu rerum et experientia dignoscet: im<m>o vero ex pluribus aliis indiciis. In universum enim quae colore flavescunt, et sortiuntur digitos impares, quaeque magna possident capita (τὰς ὄψεις μεγάλας, oculos magnos, Cornarius<sup>718</sup>) cristamque erigunt: nec non nigriores et corpulentiores. Eae omnes gallinae facile mares ferent: multo erunt praestantiores ad partum, ova maxima {a}edent: ac breviter, generosos excludent pullos, Florentinus<sup>719</sup>. {Mox} <Mos> quoque sicut in

and then when brooding she breaks the eggs with the spurs of the leg, Columella\*. Mainly they must be black or buff, Palladius\*. The good breed of the hens is recognized from the upright comb, sometimes double too, from black feathers, red face, toes of different length, and sometimes also from the presence of a toe placed sideways besides the other four, Pliny. He who gets courtyard hens has to choose the prolific ones, and for the more having reddish feathers, black plumes, odd toes, big head, an upright and wide comb, these in fact are more suitable for reproduction, Varro\*.

He who will have to raise hens must choose the most fertile: without doubt he will be able to recognize them by practice and experience: or rather, according to many other clues. In fact are generally like so those being buff in color, and receiving odd fingers in lot, and those having a big head (τὰς ὄψεις μεγάλας, big eyes, as Janus Cornarius\* translates) and holding the comb upright: as well as those of a darker color and more corpulent. All these hens will easily bear the males: they will be a lot outstanding as far as eggs' laying is concerned, they will lay very big eggs: and in a little while they will give birth to chicks of good quality,

<sup>713</sup> *Opus agriculturae* I,27 *De gallinis* - Sint praecipue nigrae, aut flavi coloris, albae vitentur.

<sup>714</sup> Plinio, nonostante la sua ampia cultura, purtroppo non è di valido aiuto quando siamo a caccia di particolari. Infatti, per analogia con quanto affermato da Varrone (*Rerum rusticarum* III,9,4-5: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; [5] hae enim ad partiones sunt aptiores.), dopo le penne nere, ci dovremmo aspettare le piume rossicce. Invece la lezione del testo a noi tramandata - e accettata - parla di *ore rubicundo* invece che di *colore rubicundo*, per cui anziché quelle con piume rossicce siamo costretti a ritenere come ottime galline quelle dalla faccia rossa. Plinio fu un grandissimo arraffone e ha fuso le notizie in modo tale che anche il suo *digitis imparibus*, se non vogliamo incorrere in una stolta ripetitività, siamo costretti a tradurlo con *dita di differente lunghezza*, visto che appena dopo Plinio afferma che le galline di buona razza sono talora caratterizzate da un dito disposto obliquamente oltre agli altri quattro. Io sono dell'avviso che Plinio abbia raggranellato la notizia delle dita dispari da due fonti diverse e che il suo *digitis imparibus* corrisponde all'*imparibus digitis* di Varrone. Non credo che si possa risalire alla fonte da cui Plinio ha tratto la palese e inutile ripetizione costituita da *aliquando et super IIII digitos transverso uno*. In sintesi: senza tema di smentita, anche *digitis imparibus* di Plinio corrisponde a dita dispari, quindi alla pentadattilia. - Per la lunga disquisizione storica relativa alla pentadattilia si veda *Summa Gallicana*\*. C.X.a

<sup>715</sup> *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pennis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos transverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

<sup>716</sup> Non si emenda *ampla* che non è separata con una virgola da *erecta*. I codici in voga nel XX secolo riportano invece *amplas* riferito a *gallinas*, per cui le galline odierne, più che avere la cresta grossa, debbono essere corpulente. Forse Varrone era un futurista, relegato nel suo tempo da qualche amanuense che scrisse *ampla* invece di *amplas* omettendo anche la virgola. A parte gli scherzi: *amplas* sembrerebbe più appropriato visto che nella breve frase Varrone non ha ancora accennato alle dimensioni corporee.

<sup>717</sup> *Rerum rusticarum* III,9,4-5: Qui spectat ut ornithoboscion perfectum habeat, scilicet genera ei tria paranda, maxime villaticas gallinas. E quis in parando eligat oportet fecundas, plerumque rubicunda pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, amplas; [5] hae enim ad partiones sunt aptiores.

<sup>718</sup> Elio Corti, in base a motivi linguistici che si accordano con i criteri di scelta di un allevatore, traduce τὰς ὄψεις μεγάλας con "quelle che hanno un aspetto grande". Le galline di razza debbono avere sì la testa grande, ma soprattutto non debbono presentarsi mingherline nel resto del corpo, e questo in vista dei ripetuti assalti sessuali quotidiani da parte dei galli. Un concetto, quello della mole massiccia e della sua utilità sessuale, che Florentino subito ribadisce anche per le galline dal piumaggio nero. Per una disquisizione più dettagliata si veda il lessico alla voce Florentino\*.

<sup>719</sup> *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994 - pagina 411 - libro 14, capitolo 7 - Περὶ ὀρνίθων. Φλωρεντίνου. paragrafi 8-9: 8 Χρὴ δὲ τὸν βουλόμενον ὀρνιθοτροφεῖν, ἐκλέγεσθαι τῶν ἀλεκτορίδων τὰς πολυγωνωτάτας· καταλαμβάνεται δὲ τοῦτο ἐξ αὐτῆς τῆς χρείας καὶ τῆς πείρας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐτέρων τινῶν τεκμηρίων. 9 ὡς ἐπίπαν γὰρ αἱ ξανθίζουσαι, καὶ περιττοδάκτυλοι, τὰς ὄψεις μεγάλας ἔχουσαι, τὸν τε λόφον ἐπηρμένον, καὶ αἱ μελανόπτεροι, καὶ τοῖς ὄγκοις μεγάλοι, τοὺς τε ἄρρενας οἴσουσι

caeteris pecoribus eligenda quaeque optima, et deteriora vendenda: servetur etiam in hoc genere, ut per autumnus tempus omnibus annis, cum fructus earum cessat, numerus quoque minuatur. Summovebimus autem veteres, id est quae trimatum excesserunt. Item quae aut parum foecundae, aut parum bonae nutrices sunt, et praecipue quae ova vel sua, vel aliena consumunt. Nec minus, quae velut mares cantare, atque etiam calcare coeperunt. Item serotini pulli, qui ab solstitio nati capere iustum incrementum non poterunt. In masculis autem non eadem ratio servabitur, sed tandiu custodiemus generosos, quandiu foeminam implere potuerint. Nam rarior est in his avibus mariti bonitas, Columella<sup>720</sup>.

¶ Gallinarium. Aedicula ista cuius parietibus corbes (quos Varro gallinarum cubilia appellat<sup>721</sup>) affixos vides, in iisque gallinas incubantes, officina cohortalis ob id appellatur, quod non aliter ac in officinis nostris cuncta parantur, quae in usum humanum veniunt, ita istic ova et pulli, quae in cibum. Iste qui in gallinarum scandit, et ova manibus versat, gallinarius curator vel custos recte dicetur, Gyb. Longolius in dialogo de avibus<sup>722</sup>.

¶ Non sunt plures quam quinquaginta in uno aviario nutriendae. labefactantur siquidem in angusto arctatae. porro numeri gallinarum pars sexta sint gallinacei galli, Florentinus. Parandi matricem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam dispendant: dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiosorum animalium diripiantur, Columella<sup>723</sup>. Si ducentas alere velis, locus septus

Florentinus\*. As in other kinds of livestock also in this one we have to keep the custom of choosing the best head and preserving them and to sell the worse ones, so that every year in autumn, when the hence coming profit stops, also their number decreases. In fact we will get rid of old hens, that is, those who overcame three years. Likewise those being few fertile or not many good broody hens, and especially those devouring their or other people's eggs. Likewise those who started to sing as well as to mount like roosters. The same is said about belated young chickens who, born starting from summer's solstice, have not been able to reach a correct growth. For the males the same criterions won't be followed, but we will keep those of good breed up to when they will be able to fertilize the females. In fact in these birds a good quality of the husband is rather rare, Columella.

¶ THE HEN HOUSE. This small building on whose walls you see some hung baskets (Varro calls them nests of the hens), inside which the hens are brooding, is said laboratory of the courtyard since not otherwise than in our laboratories whatever is serving to human beings is prepared, and so here are prepared eggs and chickens serving as food. He who is climbing the hen-pen and turning the eggs by hands, rightly will be called person responsible or custodian of hen-pen, Gisbert Longolius\* in *Dialogus de avibus*.

¶ In a hen-pen we have not to raise more than fifty of them. In fact being pressed in a narrow place they weaken. Moreover the roosters have to represent the sixth part of hens' number, Florentinus. The quantity of hens we have to provide is of 200 head, which has to keep busy the management of only a keeper: nevertheless when they go around a careful old woman or a little boy are used so that they are not stolen by snares of humans or of animals which lie in ambush, Columella. If you want to raise two hundred

---

ραδίως, καὶ πρὸς ὠτοκίας κρείττους εἰσί, καὶ τὰ ὠὰ μεγάλα τίκτουσιν, ἐξ ὧν καὶ τὰ νεογνὰ γίνεται γενναῖα.- 8. Colui che vuole allevare dei polli, deve scegliere le galline più feconde; ciò lo si può dedurre in base alla pratica stessa e all'esperienza, non solo, ma anche da alcuni altri indizi. 9. Infatti lo sono per lo più quelle che biondeggiano, e con un numero di dita superiore alla norma, quelle che hanno un aspetto grande e la cresta dritta, anche quelle con le piume nere, e grandi di mole, e supporteranno facilmente i maschi, e sono superiori nel deporre uova, e depongono le uova che sono di grandi dimensioni, dalle quali anche i pulcini nascono di buona qualità. (traduzione di Elio Corti - 16 settembre 2006)

<sup>720</sup> Si emenda *Max* con *Mos* dal momento che questo sostantivo sembra più appropriato dell'avverbio. - *De re rustica* VIII,5,24: Mos quoque, sicut in ceteris pecudibus, eligendi quamque optimam et deteriozem vendendi servetur etiam in hoc genere, ut per autumnus tempus omnibus annis, cum fructus earum cessat, numerus quoque minuatur. Summovebimus autem veteres, id est quae trimatum excesserunt, item quae aut parum fecundae aut parum bonae nutrices sunt, praecipue quae ova vel sua vel aliena consumunt, nec minus quae velut mares cantare coeperunt, item serotini pulli, qui a solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt. In masculis non eadem ratio servabitur, sed tamdiu custodiemus generosos quamdiu feminas implere potuerunt. Nam rarior est in his avibus mariti bonitas.

<sup>721</sup> *Rerum rusticarum* III,9,7: Inter duas ostium sit, qua gallinarius, curator earum, ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exclusa sint cubilia earum.

<sup>722</sup> Il *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (1544) si svolge tra Longolius e Panfilo\*. In questo caso chi parla è Longolius.

<sup>723</sup> Non si emenda *dispendant* di Gessner, che oltretutto parrebbe più appropriato di *distendant* - *De re rustica* VIII,2,7: Parandi autem modus est ducentorum capitum, quae pastoris unius curam distendant, dum tamen anus sedula vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidiis hominum aut insidiatorum animalium diripiantur.

attribuendus, in quo duae caveae coniunctae magnae constituendae, quae spectent ad exorientem versus, utraeque in longitudinem circiter decem pedes, latitudine dimidio minores (latitudine paulo minus, Crescenti.) et altitudine paulo humiliores. Utriusque fenestras latitudine tripedali, et co(uno)pede altiores, e viminibus factae raris, ita ut lumen praebeant multum, neque per eas quicquam ire intro possit quod nocere solet gallinis. Inter duas ostium sit, qua gallinarius curator earum ire possit. In caveis crebrae perticae traiectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Contra singulas perticas in pariete exculpta sint cubilia earum. Ante sit (ut dixi) vestibulum septum, in quo diurno tempore esse possint, atque in pulvere volitari. Praeterea sit cella grandis, in qua curator habitet, ita ut in parietibus circum omnia posita sint cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter. Motus enim cum incubant nocet, Varro. Gallinaria constitui debent parte villae, quae hybernum spectat orientem: iuncta sint ea furno, vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae extruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orienti sit obversa. In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima esse debet in altitudine, et quoquo versus pedes septem: in ea singuli dextro, [425] laevoque pariete aditus ad utranque cellam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intrantibus adversus.<sup>724</sup>

birds you need to assign a fenced-in place, in which two large adjacent rooms must be built, facing east, both of them around ten feet long, less than a half in width (Pier de' Crescenzi\* says a little less in width), and a little lower in height. The windows of each room should be three feet wide and one foot higher, made of wide weaved wickers, so that they may furnish much light without through them anything usually harming the hens comes in. Between the two rooms an opening must be through which the hen-pen's keeper can pass, who takes care of the hens. In the rooms have to be many perches crossing through so that they can support all the hens. In front of each perch (as I told) there should be nesting places dug in the wall. In front of the pen let there be a fenced-in place where the chickens can walk during the day and wallow in dust. Furthermore, let there be a large cell in which the keeper stays, so that in the walls all around there are all the nests of the hens, either dug or firmly attached. For the movement is harmful when hens are incubating, Varro. The hen-pens must be build in the part of the farm looking at winter east: must be joined to the oven or to the kitchen, so that the smoke reaches the poultry, the former being very healthy for this kind of birds. The construction of the hen-pen, that is of the *ornithon*, has to be altogether of three adjoining rooms, with the whole front, as I said, turning toward east. Then on this front only one and small entrance is given to the middle cell, which has to be the smallest of three in height and to measure seven feet in whatever direction: in it, on every single right and left wall have to be made the entrances to both other rooms, adjoining the wall in front of who are coming in, Columella.

Page 425

[Columella<sup>725</sup>] Huic autem focus applicetur tam longus, ut nec impediatur praedictos aditus, et ab

Columella\* - To this wall must be attached also a hearth of a length that will not block the aforesaid

<sup>724</sup> Columella *De re rustica* VIII,3,1-2: *De gallinariis* [1] Gallinaria constitui debent parte villae quae hybernum spectat orientem. Iuncta sint ea furno vel culinae, ut ad avem perveniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Totius autem officinae, id est ornithonis, tres continuae extruuntur cellae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orientem sit obversa. [2] In ea deinde fronte exiguus detur unus omnino aditus mediae cellae, quae ipsa tribus minima esse debet in altitudinem et quoquo versus pedes septem. In ea singuli dextro laevoque pariete aditus ad utramque cellam faciendi sunt, iuncti parieti qui est intrantibus adversus.

¶ Parentium et incubantium cura. Gallinas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeter quam mane et vespere, dum cibus ac potio his detur. Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertat ova, ut aequabiliter concalefiant, Varro<sup>758</sup> et Florentinus. Recludere autem ostium<sup>759</sup> est opus, tum diluculo, tum crepusculo vespertino, illisque pro consuetudine offerre et nutrimentum et potum: ac postea rursus occludere, quod si aliquae non ascenderit ultro, cogendae sunt, Florentinus. Supponendi consuetudo tradita est ab iis, qui religiosius haec administrant eiusmodi. Primum quam secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matricem ab aliis avibus inquietentur: deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque quas substraturi sunt, sulfure, et bitumine, atque ardente taeda perlustrant, et expiatis cubilibus iniiciunt, ita factis concavatis nidis, ne ab advolantibus, aut etiam desilientibus evoluta decidant ova. Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid, et ramulos lauri, nec minus alii capita cum clavis ferreis subiiciunt: quae cuncta remedia creduntur esse

is twenty-one, while for peacocks and geese a little more than twenty-seven, Columella\*.

We have to put the eggs for incubation in waxing moon: that is, starting from full moon until the fourteenth day. In fact those put for incubation before new moon, liquefy and go bad, Florentinus. From eggs laid with lack of moon (chicks are not generated), but they are very fertile. (I don't succeed in understanding the meaning of the following words: and, if I am not wrong, they can be omitted) Since the eggs, starting from new moon up to full moon, are filling besides moistening, and are suitable for generation. And behave in an opposite way those laid from full moon up to new moon, Elluchasem Elimithar\*. I hear that some of ours are convinced of the fact that, in order that from all the eggs put for incubation females are born, it is necessary to put them during full moon, and for this purpose they also prefer those laid during full moon: and that likewise attention has to be paid in calculating the time, so that also the chicks are hatched during full moon.

¶ CARES TO BE TAKEN OF THOSE LAYING AND HATCHING. It is necessary to shut up the hens so that they brood day and night, except at morning and evening when to give them food and drink is needed. The person in charge has to take his stroll at regular intervals of some days and has to turn the eggs so that they get warm evenly, Varro and Florentinus. To open the entrance is needed both at dawn and twilight of evening, and regularly give them both food and drink: and then to close again, because if some of them didn't want spontaneously climb the nest, we have to force them, Florentinus. By those who rather scrupulously take care of these matters the method of placing eggs has been handed down as follows. They first choose nesting places the most secluded as possible so that incubating broody hens are not disturbed by other birds: then, before they cover the nests, carefully clean them and purify the chaff which are about to place under the hens with sulphur\*, bitumen\* and a flaming torch, and when have cleaned the chaff they throw it into the nests, nests which are made hollow so that the eggs by rolling will not fall out when the hens fly in or jump down. A lot of people under the straw of the nests also place some couch grass and twigs of laurel\* as

<sup>757</sup> Si emenda con <ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis> altrimenti il discorso sarebbe tronco non solo come contenuto, ma soprattutto dal punto di vista sintattico. - Columella *De re rustica* VIII,5,9-10: Semper autem cum supponuntur ova, considerari debet ut luna crescente ab decima usque ad quintam decimam id fiat. Nam et ipsa suppositio per hos fere dies est commodissima, et sic administrandum est ut rursus cum excluduntur pulli luna crescat. [10] Diebus quibus animantur ova et in speciem volucrum conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi, at pavonino et anserino paulo amplius ter novenis.

<sup>758</sup> *Rerum rusticarum* III,9,10-11: Eas includere oportet, ut diem et noctem incubent, praeterquam mane et vespere, dum cibus ac potio is detur. [11] Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot ac vertere ova, ut aequabiliter concalefiant.

<sup>759</sup> Andrés de Laguna\* in *Geoponica libri XIII-XX* (1541) da cui è tratto il testo di Gessner ha *ostium* e non *hostium* che pertanto viene emendato essendo scorretto.

subiiciunt: quae cuncta remedia creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova, pullique semiformes interimuntur ante, quam toti partibus suis consummentur. Servat autem qui subijcit, ne singula ova in cubili manu componat, sed totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat; deinde universum leniter in praeparatum nidum transfundat. Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagatae refrigerent ova: quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet, ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur. Quin etiam si qua unguibus laesa, vel fracta sunt, ut removeat. Idque cum fecerit <duodeviginti diebus>, die undevigesimo animadvertat, an pulli rostellis ova {percuderint} <percusserint>, et auscultetur, si pipiant. nam saepe propter crassitudinem putaminum erumpere non queunt. Itaque haerentes pullos manu eximere oportebit, et matri fovendos subijcere, idque non amplius triduo facere, nam post unum et vicesimum diem silentia ova carent animalibus: eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius detineatur effoeta, Columella<sup>760</sup>.

In cubilibus, cum parturient, acus substernendum: cum peperint, tollere substramen, et recens aliud subijcere, quod pulices et caetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur, ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt, aut consenescent, Varro<sup>761</sup>.

Curae autem debet esse custodi, cum

well as bulbs of garlic\* with iron nails: all things they believe to be remedies against the thunders by which the eggs are spoiled and the half-formed chicks are killed before are entirely completed in their parts. Besides, he who sets eggs for incubation, beware of arranging the eggs one by one in the nest with his hand, but has to place all the eggs in a small wood container; then to kindly transfer all of them in the arranged nest. The food has to be located near brooding hens so that, being satiated, they remain more gladly in the nest and so that don't allow the eggs to cool when they are strolling too much time: and although they themselves are turning them by feet, nevertheless the keeper of hen-pen, when broody hens jumped down, has to take his stroll and turn them with his hand, so that easily the eggs take life by receiving the warmth in a homogeneous way. Besides, if by chance they are injured or broken by toenails, he has to remove them. After having done this for eighteen days, at nineteenth he has to pay attention if the chicks with their little beaks are striking the eggs, and it has to be listened if they peep. In fact often, because of the thickness of the shell, they don't succeed in coming out. Insofar it will be needed to bring out with the hand the chicks which don't succeed in freeing themselves and to put them under the mother who warms them, and this has not to be done for more than three days, in fact the eggs keeping silent after the twenty-first day don't contain a living being: and we have to remove them so that the broody hen by now exhausted doesn't stay longer, urged by a vain hope, Columella.

In the nests, after they started to lay, some chaff has to be put: when they ended to lay, the straw has to be removed and to put some other new, since fleas and other parasites are usually born which don't allow the hen to rest, that's why the eggs either don't ripen in a homogeneous way, or they go bad, Varro.

The custodian will pay attention that when the hens

<sup>760</sup> *De re rustica* VIII,5,11-15: Subponendi autem consuetudo tradita est ab his qui religiosius haec administrant eiusmodi: primum quam secretissima cubilia legunt, ne incubantes matrices ab aliis avibus inquietentur; deinde antequam consternant ea, diligenter emundant, paleasque, quas substraturi sunt, sulphure et bitumine atque ardente teda perlustrant et expiatis cubilibus iniciunt, ita factis concavatis nidis, ne advolantibus aut etiam desilientibus decidant ova. [12] Plurimi etiam infra cubilium stramenta graminis aliquid et ramulos lauri nec minus alii capita cum clavis ferreis subijciunt. Quae cuncta remedio creduntur esse adversus tonitrua, quibus vitiantur ova pullique semiformes interimuntur, antequam toti partibus suis consummentur. [13] Servat autem qui subijcit ne singula in cubili manu componat, sed totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat. Deinde universum leniter in praeparatum nidum transfundat. [14] Incubantibus autem gallinis iuxta ponendus est cibus, ut saturae studiosius nidis immorentur, neve longius evagatae refrigerent ova. Quae quamvis pedibus ipsae convertant, aviarius tamen, cum desilierint matres, circumire debet ac manu versare, ut aequaliter calore concepto facile animentur, quin etiam, si qua unguibus laesa vel fracta sunt, ut removeat, idque cum fecerit duodeviginti diebus, undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipiant. Nam saepe propter crassitudinem putamina rumpere non queunt. [15] Itaque haerentis pullos manu eximere oportebit et matri fovendos subijcere, idque non amplius triduo facere. Nam post unum et vicesimum diem silentia ova carent animalibus, eaque removenda sunt, ne incubans inani spe diutius retineatur effeta.

<sup>761</sup> *Rerum rusticarum* III,9,8: In cubilibus, cum parturient, acus substernendum; cum pepererunt, tollere substramen et recens aliud subijcere, quod pulices et caetera nasci solent, quae gallinam conquiescere non patiuntur; ob quam rem ova aut inaequaliter maturescunt aut consenescent.

parturient aves, ut habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, eaque subinde converrat, et alia stramenta quam recentissima reponat: nam pulicibus, aliisque similibus animalibus replentur, quae secum affert avis, cum ad idem cubile revertitur. Assiduus autem debet esse custos, et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. Observare itaque dum edant ova, et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt colligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, ut quam recentissima supponantur glorientibus: sic enim rustici appellant aves eas, quae volunt incubare. Caetera vel reponantur, vel aere mutantur, Columella<sup>762</sup>. Cum volumus ut ovis gallinae incubent, stramen nitidum est substernendum, in eoque imponendus ferreus clavus: quod is videatur habere vim vitium quodvis propulsandi, Florentinus. Ova quae incubantur, si habeant in se semen pulli, curator quadriduo postquam incubari coeperint, intelligere potest: si contra lumen tenuit, et purum uniusmodi esse animadverterit, putant eijciendum, et aliud subijciendum, Varro<sup>763</sup>. Quarto die postquam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum apprehenso una manu, purus et uniusmodi perluceat color, sterilia existimantur esse, proque eis alia substituenda, Plin.<sup>764</sup> Ova incubationi idonea, quarto die sanguineas habent venas: quo tempore si quae ad radios Solis clara apparuerint in [428] acutiore parte, reijciantur, Albertus.

will lay the eggs they have nests covered by straw as cleanest as possible, and often he has to clean them and put very recent straw: in fact the nests fill with fleas and other similar animals the hen brings with herself coming back to the nest. Moreover the custodian has to be industrious and observe the moment when they lay the egg, a thing of which the hens give notice with frequent gurgles intercalated by a sharp note. Therefore it will be needed to observe them while laying the eggs and at once to go round the nests, in order to pick up the laid ones, and a countersign is affixed on those laid in that day, so that under those doing the voice of broody hen very fresh eggs are put: in fact the farmers call in this way - *glorientes* - those hens wanting to brood. The other eggs are either preserved or exchanged for money, Columella. When we want that hens start to incubate eggs, we have to put under them very clean straw and add an iron nail: since it would seem to have the power to hold far whatever kind of negative effect, Florentinus. If the incubated eggs contain the germ of the chick, the person in charge of hen-pen can know this four days after they started to be brooded: if he holds it against a light and sees that it is uniformly transparent, it is believed that it must be thrown away and another to be put underneath, Varro. The fourth day after they started to be incubated, if the extremity of the eggs has been taken with a hand and they have been put against a light, and the color allows the light to pass uniformly in a transparent way, they are regarded as sterile, and in their place we have to put other ones for incubation, Pliny. The eggs fitting for incubation, at fourth day show some veins full of blood: at this moment, if some of them put against the rays of the sun will appear clear by the side of the sharp end, it must be eliminated, Albertus\*.

Page 428

Discernitur an id quod latet in ovis vitale sit, et prolificum, si post quartam diem quam foveri coeperit, nulla facta commotione vehementi sensim contra splendorem Solis et lumen ea quispiam speculetur. Nam si fibrosum aliquid

It is possible to see whether what is hidden in eggs is vital and bearer of chicks, if after the fourth day since it started to be warmed, without violently shaking them, somebody gently looks them against shining sun and an oil lamp. In fact if he sees that something

<sup>762</sup> *De re rustica* VIII,5,3-4: [3] Curae autem debebit esse custodi, cum parturient aves, ut habeant quam mundissimis paleis constrata cubilia, quae subinde converrat, et alia stramenta quam recentissima reponat. nam pulicibus atque aliis similibus replentur, quae secum affert avis, cum ad idem cubile revertitur. Assiduus autem debet esse custos et speculari parientes, quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. [4] Observare itaque dum edant ova et confestim circumire oportebit cubilia, ut quae nata sunt recolligantur, notenturque quae quoque die sunt edita, et quam recentissima supponantur glorientibus (sic enim rustici appellant avis eas quae volunt incubare), cetera vel reponantur vel aere mutantur.

<sup>763</sup> *Rerum rusticarum* III,9,12: Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. Si contra lumen tenuit et purum unius modi esse animadvertit, putant eijciendum et aliud subijciendum.

<sup>764</sup> *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subici in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso una manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subici volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.



cruentumque videatur discurrere, prolificum est quod inest: sin contra perspicuum maneat, ceu infoecundum est reijciendum, in reictorumque locum substituenda alia. Nec nobis verendum est ne corrumpantur ova, vel si ab aliquo saepius sensim et commode permutentur, Florentinus. Multum refert ne moveatur manu, nam venae et humores inversione corrumpuntur, quod vel inde constat: quod cum gallina in occulto excubat, ova omnia foecunda fiunt: manibus vero hominum tractata plura corrumpuntur, Albertus. Ova incubanda deliguntur, in quibus Soli obtentis semen galli apparet, tum a septem (quatuor, ut Varro<sup>765</sup> et alii) dierum incubitu iterum inspiciuntur et si quod est quod Soli obtentum non appareat alteratum, abijcitur tanquam subventaneum et inutile, Idem. Vide supra ubi dictum est de ovorum ante incubationem delectu. Et in aqua experimentum est, (de hoc etiam tanquam ante incubationem potius adhibendo superius scriptum est,) inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subijci volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis, Plin.<sup>766</sup>

¶ Pulli exclusi a singulis gallinarum statim subtrahendi sunt, subijciendique illi quae paucis incubat: quae tamen sub ea sunt ova vel nondum concreta et formata, distribuere convenit inter alias quae adhuc fovent teporem suo, ut una cum aliis et ipsa calefacta animentur, Florentinus<sup>767</sup>. ¶ Sunt in Alexandria illa quae ad Aegyptum spectat, gallinae quaedam Monosirae (ex quibus pugnaces oriuntur galli) bis ac ter incubantes, post absolutionem scilicet pullis ipsis subtractis, seorsumque enutritis, sic ut contingat gallinam unam quadragintaduos, aut etiam sexaginta pullos excludere, Florentinus<sup>768</sup>.

¶ De ovis diversarum avium quae gallinis subijciuntur. Diversi generis ova aliqui gallinis

fibrous and bloody in appearance is stirring, what is inside is prolific: if on the contrary it stays transparent, it must be removed being infertile, and in place of removed ones they put other eggs. And we don't have to fear that the eggs rot even if by someone they are rather frequently turned in a delicate and suitable way, Florentinus\*. It is very important that it is not shaken with the hand, in fact the veins and the liquids are altered when turned, a thing that turns out evident also from the following: in fact when a hen broods in a hidden place, all the eggs become prolific: on the contrary when handled by human beings quite a lot of them rot, Albertus\*. They are chosen for incubation those eggs in which, put against sun, the semen of the rooster is visible, then after 7 days of incubation (4, as Varro\* and others say) they are once more observed and if there is something which put against sun doesn't appear modified, it is removed being regarded as windy and useless, still Albertus. See above when I spoke about the choice of the eggs before incubation. And a test exists to be done in water (also about this I wrote previously as a thing to be done preferably before incubation), the void one floats, and therefore those sinking, that is full, they say to put them to be brooded. For they forbid them to be shaken for trial, since they do not give birth to the chick if the vital veins have been ripped apart, Pliny\*.

¶ The born chicks have to be immediately taken away from each hen and put under that one is brooding few eggs: nevertheless those eggs she has underneath, not being yet delineated and formed, it is worthwhile to distribute them to the other hens already warming them with their warmth, and so, warmed up together with others, they take life, Florentinus. ¶ In Alexandria\*, that belonging to Egypt, there are certain monosir\* hens (from which are hatching some fighting roosters), and the former are brooding two and three times per year, after they have been freed, that is, after the chicks have been taken away from them, being the chicks bred separately, so that a single hen hatches 42 or even 60 chicks, Florentinus.

¶ THE EGGS OF DIFFERENT BIRDS PUT FOR INCUBATION UNDER. THE HENS. Some give hens for

<sup>765</sup> *Rerum rusticarum* III,9,12: Ova, quae incubantur, habeantne semen pulli, curator quadriduo post quam incubari coepit intellegere potest. Si contra lumen tenuit et purum unius modi esse animadvertit, putant eiciendum et aliud subijciendum.

<sup>766</sup> *Naturalis historia* X,151: Ova incubari intra decem dies edita utilissimum; vetera aut recentiora infecunda. Subijci in pari numero debent. Quarto die post quam coepere incubari, si contra lumen cacumine ovorum adprehenso ima manu purus et unius modi perluceat color, sterilia existimantur esse proque iis alia substituenda. Et in aqua est experimentum: inane fluitat, itaque sidentia, hoc est plena, subijci volunt. Concuti vero experimento vetant, quoniam non gignant confusis vitalibus venis.

<sup>767</sup> Andrés de Laguna\* *Geoponica libri XIII-XX* (1541), da cui Gessner trae la citazione, inizia la frase così: At pulli exclusi, a singulis gallinarum statim subtrahendi sunt. Janus Cornarius\* *Cassii Dionysii Uticensis de agricultura libri XX* (1543) apre il discorso nel modo seguente, che, come la virgola di Laguna dopo esclusi, mette chiarezza su come tradurre questa citazione tratta da Florentino: Exclusi autem pulli statim ab unaquaque gallina subtrahendi sunt.

<sup>768</sup> Citazione già fatta a pagina 381\*, dove viene omissa la frase finale: sic ut contingat gallinam unam quadragintaduos, aut etiam sexaginta pullos excludere

supponunt, Florentinus. Anatum ova gallinis saepe supponimus, etc. Cicero<sup>769</sup>. vide in Anate C. Anatum etiam sylvestrium ova, ut ibidem scripsimus, si incubantibus gallinis exclusa fuerint, anates inde cicures nascuntur. Anserum ova quomodo gallinis supponantur, vide supra in Ansero E. item pavonina quomodo, infra in Pavone, et Phasiani in Phasiano.

¶ Exclusio. Diebus fere viginti excludunt, Varro<sup>770</sup>. Phasiani ova non aliter quam gallinarum, ad vicesimamprimam diem excluduntur, Florentinus<sup>771</sup>.

¶ Quae gallinae propria comedunt ova, eas sic dissuadere oportet. Ex ovo enim albumine effuso, in luteum ipsum humidum gypsum injicito, ut testae duritiem contrahat. Volentes quippe gallinae in subiecto ovo gulam explere, nec in eo amplius inveniunt quid succi, cito quidem destiterint vastare ova, Florentinus.

¶ Ex phasiano mare et gallinis gallinaceis quomodo phasiani procreantur, ex dialogo Gyb. Longolii de Avibus, in quo author et Pamphilus colloquuntur. LONG. Novi quosdam, qui singulari artificio ingentem apud nostrates educatione et seminio phasianorum quaesitum faciebant, quorum sane aedes rectius officinam, quam vivarium phasianorum quispiam appellaverit. PAM. Quaeso rationem istam explices. LONG. Phasianum marem, qua poterat diligentia, curabat (quidam in) domuncula decem pedibus longa lataque, viminibus et luto undique bene ab aere tuta, in ea fenestellae omnes in meridiem spectantes, de summo tecto copiose satis lumen administrabant, in medio crates vimineae domunculam dividebant. intervallum cratium tantum erat opertum, quantum satis fuit avis capiti colloque transmittendo. In altero maceriae latere phasianus solus regnabat. PAM. Quid vero altera pars, carebatne habitatore? LONG. Audies. Sub initium veris, villaticas aliquot gallinas sibi comparabat, sed foecunditatis cognitae,

incubation the eggs belonging to a different species, Florentinus. We often give hens to brood the eggs of duck\*, etc., Cicero\*. See at the paragraph C\* of the duck. As I wrote still in this paragraph, if the eggs also of wild ducks have been hatched by broody hens, domestic ducks are hatching. What is the manner of putting eggs of goose under hens for incubation, see before in the paragraph E\* of the goose. Likewise, for the manner used for those of peacock, see farther in the chapter of the peacock\*, and in that of the pheasant\* for those of pheasant.

¶ HATCHING. They hatch within about twenty days, Varro. The eggs of pheasant hatch at 21st day, not otherwise than those of hen, Florentinus.

¶ The hens eating their own eggs have to be dissuaded in the following way. After the egg white has been sent out of the egg, add dampened chalk to the yolk, so that the former takes the consistence of the shell. So the hens wishing for satisfy their gluttony with the egg put under them, not finding any liquid, they will stop very soon in damaging the eggs, Florentinus.

¶ How from a male pheasant and from hens of the genus *Gallus* pheasants are generated, drawn from *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* of Gisbert Longolius\* in which the author and Pamphilus\* are talking. LONGOLIUS. I am aware that some our fellow countrymen with a special artifice were drawing a huge profit by raising and hatching pheasants, and someone would have more correctly called workshop their residences rather than pheasants' farm. PAMPHILUS. I would like that you explain me the reason. LONG. Someone with the more possible diligence was taking care of a male pheasant in a small room wide and long ten feet - 290x290 cm, well protected from air at every side with rushes and clay, and in this room all the small windows have to be facing south, and from the summit of the roof they got in light rather abundantly, and in the middle some rush hurdles divided the room. The surface of the hurdles was closed so to be enough for admitting the head and the neck of the bird. At the other side of the wall the pheasant was reigning, who was alone. PAMPH. Was then the other part without lodger? LONG. Please

<sup>769</sup> *De natura deorum* II,124: Quin etiam anatum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

<sup>770</sup> *Rerum rusticarum* III,9,16: Incubare oportet incipere secundum novam lunam, quod fere quae ante, pleraque non succedunt. Diebus fere viginti excudunt. De quibus villaticis quoniam vel nimium dictum, brevitate reliqua compensabo. Gallinae rusticae sunt in urbe raras nec fere nisi mansuetas in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis.

<sup>771</sup> Colin Harrison (*Nidi, uova e nidiacei degli uccelli d'Europa* - 1988) riferisce che il *Phasianus colchicus* ha una covata che dura 23-27 giorni. Altre fonti danno 25-26 giorni. Bernhard Grzimek (*Vita degli animali*, 1974) dà solamente 23 giorni. Probabilmente i tempi di schiusa sono inferiori se l'habitat è caldo. Ma nessuno degli autori moderni parla di 21 giorni.

plumisque variis, ut propemodum foeminam phasianum mentiri possent. has aliquot diebus communi pabulo alebat, verum ita obiecto cibo, ut phasianus in gallinarum convivio, traiecto per craticulam collo, lurcaretur. PAMP. Qua de causa obsecro non admittebatur? LONG. Principio hac ratione consuescere cum gallinis discunt, deinde molesti esse nequeunt, cum veluti carcere ab iniuria inferenda prohibeantur. Alioqui ita ferociunt capti, ut ne pavoni quidem parcant, quin mox ore dilacerent. At ubi iam aliquot dies consuetudine gallinarum mitior factus est, una, quam cognovit illi inter reliquas magis familiarem, intromittitur, pabulumque copiosius suggeritur. PAMP. Quid de reliquis fiet? LONG. Plerunque primam iugulare solet: ne gallinarius itaque custos omni spe sua decolletur, reliquas in subsidium alit. PAMP. Quid si res ad triarios redeat, solaque una superest spes gregis? LONG. Tum latrone comprehenso candente ferro rostrum illius tangunt, et vino Chymico<sup>772</sup> nares illius lavant. PAMP. O Apitianam diligentiam. LONG. Ubi cogoverint gallinas ab illo plenas factas, divortium statim procuratur, admittiturque nova pellex, quam cupiunt uxoris more ab illo tractari. Uxorem autem ad ovorum partionem alunt. Ova autem quotquot posuit, incubantibus aliis supponuntur. PAMP. Ea forte ab gallinaceis reliquis nihil distant. LONG. Im<m>o punctis nigris undique sunt maculata, et longe maiora speciosioraque<sup>773</sup>. Ubi autem post animationem exclusa sunt, a gallina seorsim educantur: maxime polenta illius frumenti triangularis, quod vulgo non inepte fagotriticum vocant, quod semen fago, (id est fagi semini,) farina<e> triticeae<sup>774</sup> perquam {similis} <simile> sit: idipsum aqua ex lacubus fabrorum hausta subigunt, apii folia recentia cultellis domita, immiscent: obijciunt etiam baccas, quae ex hyeme superfuere. hijs enim maxime delectantur, et ad incrementa proficiunt. PAMP.

hear. Toward the beginning of spring that man was getting some barnyard hens, but known as being fertile, and with motley feathers, so that they could almost seem a female of pheasant. For some days he was feeding them on shared food, that is, throwing food so that the pheasant, passing the neck through the hurdle, could guzzle at the banquet of hens. PAMPH. Why he was not admitted? LONG. First of all in this way they learn to familiarize with hens, besides they cannot be troublesome, being hindered in causing damage as being in a jail. On the other hand when are imprisoned they become so fierce that neither spare a peacock since in a while they tear it asunder with the mouth. But when he became meeker, after some days he entered in familiarity with hens, one of them is put inside, that one seen by that man as having with pheasant more intimacy in comparison with others, and food is given in larger quantity. PAMPH. What will happen with others? LONG. For the more he usually cuts the throat of the first hen: but so that the hen-pen's manager is not deprived of all hopes, he keeps the others in reserve. PAMPH. What would happen if the situation becomes very heavy and only one is surviving as hope of the group? LONG. Well, after the malefactor has been caught, with a red-hot iron they rub his beak and wash his nostrils with brandy\*. PAMPH. What a care in the manner of Apicius\*! LONG. When they believe that the hens have been made pregnant by him, at once a separation is carried out, and a new concubine is put with him, that they warmly desire to be by him treated as being a wife. In fact they feed the wife so that she lays the eggs. But all the eggs she laid are given for hatching to other hens. PAMPH. Perhaps they are not very different from the other eggs of hen. LONG. To say the truth they are widely speckled by black dots, and they are far larger and better in appearance. But once after having taken life they hatched, the chicks are raised separately from the hen: chiefly with a mash of that triangular wheat usually and rightly said wheat of beech - buck-wheat\*,

<sup>772</sup> L'acqua di vita - eau de vie - era anche detta vin distillé oppure vin sublimé in *Quatre livres des secrets de médecine, et de la philosophie chymique* (Lione, 1593). Per cui non si può escludere che il vinum Chymicum di Longolius da introdurre nelle narici del fagiano malfattore altro non fosse che acquavite, che ovviamente è assai irritante per la mucosa nasale, tanto quanto il ferro rovente per il becco.

<sup>773</sup> Tutte queste modificazioni dell'aspetto delle uova deposte dalla gallina che si accoppia col fagiano mi suona come una mera invenzione di Longolius al solo scopo di enfatizzare l'adulterio perpetrato della gallina nei confronti del genere *Gallus* cui appartiene. Io non ho mai creato ibridi di fagiano con gallina\* B.XV.02.0.htm, ma dubito molto assai che il potere dello sperma del fagiano giunga al punto di modificare le caratteristiche fenotipiche del guscio dell'uovo deposto dalla sua concubina, tanto da renderlo simile all'uovo di una fagiana. Le modificazioni riguardano solamente il corredo cromosomico dell'embrione, non il fenotipo del guscio né la volumetria dell'uovo. La volumetria dell'uovo deposto da una singola gallina - dedita o non dedita all'adulterio - non è mai costante in modo assoluto, in quanto esistono delle piccole oscillazioni, talora apprezzabili, altre volte insignificanti.

<sup>774</sup> Gisbert Longolius a pagina 31 del *Dialogus de avibus et earum nominibus Graecis, Latinis, et Germanicis* (Colonia, 1544) presenta il seguente testo: Maxime polentas illius frumenti triangularis, quod vulgo non inepte fagotriticum vocant, quod semen fago farinae triticiae perquam similis sit:[...]. - Si emenda in un modo che forse non è corretto, ma qualcosa non gira nella sintassi sia di Longolius che di Gessner, il quale forse ha compreso il discorso di Longolius anche se sintatticamente non corretto a causa di un *similis* invece di *simile* riferito a *semen*.

Non tamen fieri credo, ut per omnia patri similes sint. LONG. Non sunt: verum qui fucum istum non novere, fraudem [429] non facile sentiunt. Porro foeminae ex hoc seminio procreatae, cum ad patrem admittuntur, primo aut secundo partu, genus ad unguem propagant. PAMP. Mirum ergo mihi, non omnia aviaria phasianis esse plena. LONG. Non dubito magnum proventum cuius etiam polliceri, modo neque laboris sit impatiens, et sumptus magnos ferre possit. Cogitur enim paupertinos aliquot alere, qui pro baccis quotidie in sylvam excurrant. Nam sine hijs nihil ab illis boni sperare licet, Haec omnia Longolius.

because the seed of this flour of wheat is very similar to beech's seed (that is, to the seed of the beech tree\*): and they dip this seed in water taken from the tubs of blacksmiths and mix fresh leaves of garlic\* cut up with some little knife: they also add some fruits left from winter. In fact they very delight in them and they are useful for growth. PAMPH. Nevertheless I don't believe that it happens that they are wholly similar to their father. LONG. They aren't: to say the truth those who don't know this trick don't easily realize this deception. Furthermore the females procreated through this crossing, when put in contact with their father, at first or second delivery they perfectly reproduce the species. PAMPH. I'm therefore surprised by the fact that not all the aviaries are bulging in pheasants. LONG. I don't doubt that it is a great outcome so that it has also to be flaunted, and neither that it is bearable as work, and that it is able in causing big expenses. In fact we are forced to maintain some poor fellows who daily have to go round in the woods to pick up some fruits. Indeed without the fruits it is not possible to hope for something of good from them - from chicks, Longolius writes all this.

Page 429

Phasiani non modo e Media accersebantur: sed villaticae quoque gallinae ovis e phasiano mare conceptis copiam illorum praebebant, Ptolemaeus apud Athenaeum<sup>775</sup>.

The pheasants\* were brought from Media\*: but also the barnyard hens offered plenty of them through the eggs fertilized by a male pheasant, Ptolemy VII\* in Athenaeus\*.

¶ Exclusio ovorum absque incubatione. Si aut tempus sit bene temperatum, aut locus, in quo ova manent, tepidus, concoquuntur et avium ova, et quadruped<i>um oviparorum sine parentis incubitu. haec enim omnia in terra pariunt, concoquunturque ova tepore terrae. nam si quae quadrupedes oviparae frequentantes fovent quae {a}ediderint ova, custodiae gratia potius id faciunt, Aristot.<sup>776</sup> Et alibi<sup>777</sup>, Incubitu avium ova excludi naturae ratio est: non tamen ita solum ova aperiuntur, sed etiam sponte in terra, ut in Aegypto obruta fimo pullitiam

¶ EGGS' HATCHING WITHOUT INCUBATION. If the season is very mild or the place where the eggs lie is lukewarm, not only the eggs of the birds come to maturity without incubation of the parent, but also those of quadruped oviparous animals. In fact all these animals lay on earth, and the eggs get warm thanks to the warmth of the earth. In fact if some of the oviparous quadrupeds, often visiting them, warm the eggs they laid, they do so above all for defending them, Aristotle\*. And elsewhere he writes as follows: It is a rule of nature that eggs of birds hatch by incubation: but eggs open not only in this manner,

<sup>775</sup> *Deipnosophistai* XIV,69,654c. - La citazione è tratta dal XII libro delle *Memorie* - Ὑπομνήματα - di Tolomeo VII Evergete II.

<sup>776</sup> *De generatione animalium* III,2 752b: Il piccolo dunque nasce quando, come si è detto, l'uccello lo cova. Nondimeno anche quando la stagione è temperata o soleggiato il luogo in cui si trovano deposte, sia le uova degli uccelli sia quelle dei quadrupedi ovipari giungono a cozione. Tutti questi depongono le uova al suolo ed esse giungono a cozione per effetto del calore della terra; quanti poi dei quadrupedi ovipari sono soliti covare, lo fanno soprattutto a scopo di difesa. (traduzione di Diego Lanza) § The chick then, as has been said, comes into being by the incubation of the mother; yet if the temperature of the season is favourable, or if the place in which the eggs happen to lie is warm, the eggs are sufficiently concocted without incubation, both those of birds and those of oviparous quadrupeds. For these all lay their eggs upon the ground, where they are concocted by the heat in the earth. Such oviparous quadrupeds as do visit their eggs and incubate do so rather for the sake of protecting them than of incubation. (translated by Arthur Platt - 1910)

<sup>777</sup> *Historia animalium* VI,2 559a-559b: Le uova si schiudono in seguito alla cova da parte degli uccelli; possono tuttavia farlo anche spontaneamente al suolo, come in Egitto, se vengono immerse nel letame. E dicono che a Siracusa un ubriacone, messe delle uova in terra sotto la sua stuoia, continuò a bere ininterrottamente per tanto tempo che fece schiudere le uova. Ed è anche capitato che delle uova, poste in vasi caldi, maturassero e si aprissero spontaneamente. (traduzione di Mario Vegetti)

procreant. Et Syracusis potator quidam, ovis sub storea in terra positus, tandiu potabat, donec ova {a}ederent foetum. Iam vero et cum in vasis quibusdam tepidis (ἄλεινοῖς) essent coniecta, sponte ova pullos prompsere. Caeterum Albertus pro recitatis iam postremis philosophi verbis, ita habet: Ovis positus in vasis calidis, superposita stupa calida, leni calore fovente et non adurente extrahuntur pulli. et praecipue calore vitali alicuius animalis, ut si in sinu hominis teneantur: aut si forte sub fimo calido ponantur, aut sub cineribus lente calefactis, aut aliquo huiusmodi. Ova quaedam et citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis. Scitum de quodam potore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec cooperta terra foetum {a}ederent ova. Quin et ab homine perficiuntur, Plinius<sup>778</sup>.

Et rursus, Livia Augusta ovum in sinu fovendo exclusit, (ut referetur infra in h.) inde fortasse nuper inventum ut ova in calido loco imposita paleis igne modico foverentur, homine versante pariter, ut stato tempore illinc erumperet foetus. Si gallina non incubet, hac industria complures habebis pullos. qua die incubanti gallinae ova subijcis, eadem stercus gallinaceum accipiens id ipsum contere, cribraque ac denique in vasa inijsce ventricosa, pennas illi gallinarum circumpone. posthaec autem, figura recta imposito ova, sic ut pars mucronata superne tendat, ac dein rursus ex eodem fimo tandiu illis inspergito, donec undique inducta videantur. At, ubi duos aut tres dies primos sic intacta esse ova permiseris, singulis postea diebus illa convertito, cavens ne contingantur mutuo, ut videlicet ex aequo incalescant. post vigesimam autem diem, dum sub gallina ova excludi incipiunt, invenies ea quae in alveis sunt circumfracta. Ob quam nimirum caussam etiam inscribunt diem qua supponuntur, ne dierum numerus ignoretur. Vigesima igitur die putamen extrahens, pullos in cophinum coniicito, eos alens delicatissime. Ascisce etiam gallinam, quae moderabitur omnia, Democritus in Geoponicis, Andrea a Lacuna interprete.

but also spontaneously in the earth, as in Egypt where they give birth to a clutch of chicks after they have been covered up by dung\*. And in Syracuse a drunkard, after he placed eggs in earth under a mat, was going on with drinking until eggs didn't give birth to the fetus. But the eggs hatched out chicks by themselves even when placed in some warm (*aleinois*) vessels. Furthermore Albertus\*, instead of the last just quoted words of the philosopher, expresses himself in this way: The chickens are hatched from eggs put in warm containers with warm tow above, by warming with moderate and no burning heat. And above all with the natural heat of some animal, as if they were kept in the womb of a human being: or if they are even set under warm dung or slightly heated ashes, or somehow as well. On the contrary some eggs naturally and spontaneously hatch without incubation, as in dunghills of Egypt. It is well-known that a drinker in Syracuse was usual to drink until the eggs covered with earth hatched. Or rather, they hatch also by the human being, Pliny\*.

And he goes on as follows: Livia Drusilla\* - or Julia Augusta - hatched an egg by warming it in her bosom (as I shall say later in the paragraph h), and perhaps hence recently it has been discovered how eggs placed in a warm place upon straw are warmed up with little fire, while a man is turning them at the same time, so that the fetus comes out at the stated time. If a hen does not incubate, you will have many chicks by the following job. On the day when you place the eggs under an incubating hen, on the same day take some chicken dung, crumble and sieve it, and then place it in bellied pots and put hen feathers all around the dung. After this, place over it the eggs upright so that their pointed ends are upturned, and in addition sprinkle them with the same dung until they seem to be wholly covered. But allow the eggs to remain this way untouched for first two or three days, then on each day thereafter turn the eggs over, taking care that they do not touch each other, of course so that they may be warmed evenly. After the twentieth day, when eggs under a hen begin to hatch, you will search the eggs cracked all around laying in the hollow pots. Just for this reason they also write down the day on which they are placed for incubation, so that the number of days is not unknown. Therefore on the twentieth day take off the egg shells, put the chicks into a basket, and nourish them with very tiny feed. Take also a hen who will supervise everything, Bolos of Mendes\* in

<sup>778</sup> *Naturalis historia* X,153-154: Quaedam autem et citra incubitum sponte naturae gignunt, ut in Aegypti fimetis. Scitum de quodam potore reperitur Syracusis tam diu potare solitum, donec cooperta terra fertum ederent ova. [154] Quin et ab homine perficiuntur. Iulia Augusta prima sua iuventa Tib. Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo atque, cum deponendum haberet, nutrice per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor; nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum, ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur homine versante, pariterque et stato die illinc erumperet fetus.

qui Graecam vocem γάστρας vasa ventricosa interpretatur, Cornarius ventriculos: Hieronymus Cardanus qui hunc locum in libros de subtilitate transcripsit, pulvinaria, his verbis: Pulvinaria duo reple stercore gallinarum tenuissime trito, inde plumas gallinarum annecte consuendo utriusque molles ac densas. ova vero capite tenuiore supra extante, colloca super alterum pulvinar. deinde reliquum superpone in loco calido. permittetque immota duobus diebus, post vero ad vigesimam usque diem illa sic verte, ut undique aequaliter foveantur, inde stata die, quae iuxta vigesimam primam est, pipillantes iam ex ovo sensim educito. Ego etsi hoc etiam modo ova excludi posse existimem: video tamen aliud sensisse Democritum verbis eius Graecis perpensis, et placet gastran vas ventricosum verti, ut primum in tale vas intelligamus fimum iniiciendum, tum super fimo imponendas plumas, (ut ἐπίβαλλε potius quam περίβαλλε legatur:) in plumis ova: postremo rursus fimum addendum donec contegantur ova. Erat et gaster<sup>779</sup> vas, et gastrā<sup>780</sup> fictilis Dioscoridi. sed et gasterium<sup>781</sup> vocat Aristophanes, servatque adhuc nomen, Caelius. huiusmodi est quod corrupta voce guiscardum<sup>782</sup> appellant Itali, ut quidam in Lexicon Graecolatinum retulit. Scaphos cavitatem navis vocat Thucydides, quam, inquit interpres, gastéra dicimus, Caelius.

Τὸ μὲν ἔδαφος τῆς νεῶς κύτος, καὶ γάστρα καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται, Pollux. Eustathius gastrā vocem factam ait ab accusativo gastéra per syncopen: et vulgo ab idiotis sic vocari fundum navis. Idem apud Homerum gastrā tripodis interpretatur cavitatem tripodis aut fundum eius, Hesychio gastrā, posterior pars femoris est. Γάστρα, ἡ εἰς κύτος γεννηθεῖσα τοῦ λαίμου, Varinus. est autem locus, ut suspicor, corruptus.

Who translates the Greek word *gástras* - large bellied pots - with *vasa ventricosa*, Janus Cornarius\* with *ventriculos*, bellies: Gerolamo Cardano\*, who transcribed this passage in his books *On subtlety*, with cushions, and by these words: Fill two cushions with crumbled hen's dung: then by sewing fasten on both soft and thick hen's feathers. Upon either cushion place the eggs but with the sharper end sticking out upward. Then place over it the other one in a warm place. And let them not be moved for two days, then until the twentieth day turn them in such a way that they are warmed evenly on all sides: afterwards at the stated day, corresponding approximately to the twenty-first, you will bring carefully the already peeping ones out of the egg. Although I am thinking that eggs can hatch also in this manner, nevertheless it seems to me that Bolos of Mendes, after his Greek words have been more carefully checked, meant another thing, and it is my opinion to translate *gástran* with *vas ventricosum* - bellied pot, since I mean that dung must first be thrown into it, afterwards feathers are to be placed upon the dung (reading *epiballe* - put on - rather than *periballe* - put around) and the eggs within the feathers: lastly further dung must be added until eggs are covered. Also the *gastēr* was a container, and *gástra* for Dioscorides\* was an earthenware bellied pot. But Aristophanes\* calls it also *gastérion* and still it keeps this name, Lodovico Ricchieri\*. It corresponds to what Italians call guiscardo using a corrupt word, as someone quoted in the Greek-Latin lexicon. Thucydides\* calls *skáphos* the hollow part of a ship, which, the translator says, we call *gastéra* - hollow, Lodovico Ricchieri.

Τὸ μὲν ἔδαφος τῆς νεῶς κύτος, καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται - In fact the bottom of the ship is said either hollow, or belly, or *amphimétrion* - a thing surrounding the uterine hollow, Julius Pollux\*. Eustathius of Thessalonica\* says that the term *gástra* is derived from *gastéra* - accusative of *gastēr*, belly/stomach - through a syncopation\*: and that commonly by ignorant persons is so called the bottom of the ship. Likewise in Homer\* the *gastra tripodis* is meant as the hollow of a tripod - a three footed vase - or its bottom, for Hesychius of Alexandria\* *gástra* corresponds to the rear of the thigh. *Gástra, hē eis kýtos gennētheísa tou*

<sup>779</sup> Il sostantivo femminile γαστήρ significava per lo più ventre/pancia/stomaco, talora cavità.

<sup>780</sup> Il sostantivo femminile γάστρα significava pancia/rigonfiamento, m anche vaso panciuto/marmitta.

<sup>781</sup> Thomas Cooper *Thesaurus Linguae Romanae et Britannicae*. GASTER, vel GASTERIUM. A certaine vessell. GASTRIMARGIA. Gluttonie: ingurgitation. (<http://archimedes.mpiwg-berlin.mpg.de>)

<sup>782</sup> In un italiano del 2007 secondo l'Accademia della Crusca ([www.accademiadellacrusca.it](http://www.accademiadellacrusca.it)) la parola *guiscardo*, 'astuto, scaltro', deriva dall'antico francese *guischart* di analogo significato. Nei dialetti siciliano e calabrese è presente anche la forma *biscardu* (cfr. anche l'italiano *biscardo*) con lo stesso significato. § Per [www.santiebeati.it](http://www.santiebeati.it) il nome di persona Guiscardo deriva dall'antico sassone *Visichart*, latinizzato in *Guiscardus*, e significa "forte, robusto". § Per il web il nome di persona Guiscardo deriva dal nome normanno *Wiscard* o *Wbiskard*, formato da *viska*, scaltrezza, e *hardbur*, forte.

Fertur in quadam regione inveniri homines, qui furnos ita temperate calefaciant, ut eorum calor par sit calori gallinae incubantis, et in furno seu clibano ponere quam plurimas plumas, et mille gallinacea ova, quae post viginti dies nascantur ac erumpant, Crescentiensis. In Aegypto circa Alcairum ova arte excluduntur: Clibanum parant cum multis foraminibus, quibus ova diversa gallinarum, anserum, et aliarum avium imponunt. tum fimo calido integunt clibanum: et si opus fuerit, ignem circumquaque faciunt: sic ova suo quaeque tempore maturescunt, ut serpentium apud nos per se in fimo calido, Tragus. Apud Aegyptios magna est copia pullorum gallinaceorum. nam apud eos gallinae sua ova non incubant, sed ea in clibanis tepore sensim adhibito ita foventur, ut mirabili arte compendioque pulli intra paucos dies progignantur simul et educantur, Paulus Iovius lib. 18. historiarum sui temporis.

¶ Pullorum recens exclusorum cura. Excusos pullos subducendum ex singulis nidis, et subijciendum ei, quae habeat paucos. Ab eaque si reliqua sint ova pauciora, tollenda, et subijcienda aliis, [430] quae nondum excuderint, et minus habent triginta pullos. Hoc enim gregem maiorem non faciendum, Varro<sup>783</sup>.

<sup>819</sup> Si tratta di una delle rare sviste di Gessner. Infatti la citazione non è tratta da Columella, bensì da Palladio, come specifica Pier de' Crescenzi a pagina 320 di *De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, edizione di Basilea del 1548 del *Ruralium commodorum libri XII*: Si amarum lupinum comedant, sub oculis suis ipsa grana procedunt, ut ait Palladius, quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, oculos extinguunt, portulacae succus forinsecus et mulieris lacte curari eas affirmant, vel armoniaco sale, cui mel et cyminum aequaliter misceantur, pediculis etiam plurimum molestantur, et praecipue cum incubant, quos perimit staphisagria pariter infusa cum vino, et amari lupini aqua, si penetrat secreta pennarum. § Palladio *Opus agriculturae* I, XXVII *De gallinis*, 2-3: Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt. Quae nisi acu leviter apertis pelliculis auferantur, extinguunt. [3] Oculos portulacae succo forinsecus et mulieris lacte curemus, vel ammoniaco sale, cui mel et cyminum aequale miscentur. Peduclos earum perimit stafis agria et torrefactum cyminum, paria et pariter tinsa cum vino et amari lupini aqua, si penetret secreta pennarum. § A mio avviso le granulosità non sono un effetto dei lupini, bensì una manifestazione cutanea del difterovaiolo aviario. Vedi il lessico alla voce Pipita\*.

Cornarius<sup>820</sup>) quantum manu apprehendi possit tantundemque ex cera vino laevigans, atque pastam conficiens, ante alium cibum obtuleris devorandum: aut pomorum<sup>821</sup> etiam, [432] cydoniorumve decoctum bibendum. Quae mala, etiam sub cineribus cocta, auxiliantur, Paxamus.

homogeneous with wine how much of flour (*alpbítou* - barley meal - Cornarius translates it with polenta of barley) can be taken with a hand and as many of wax, and doing a mash of them you will give it to eat before any other food: or even if you will give to drink a decoction of apples or of quinces\*. These apples, also cooked under ashes, are helping; Paxamus.

Page 432

¶ Suo laeduntur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit podagram creat, Columella<sup>822</sup>. ¶ Gallinae abortum non facient, si ovi luteum (alias album) assatum cum uvae passae (tostae) pari portione contusum, ante alium cibum porrexeris, Leontinus et Pamphilus<sup>823</sup>.

¶ They are damaged by their dung giving rise to gout\* - bumblefoot - after the former stuck in hooked claws, Columella\*. ¶ The hens won't abort if before another food you will give them the yolk of the egg (otherwise the egg white) fried with raisin (toasted) in the same amount and crushed, Leontinus and Pamphilus, geaponics\*.

¶ De animalibus gallinaceo generi infestis, leges etiam supra in Gallo D. Ne gallinae a cat<t>is laedantur: Cat<t>us non invadit gallinam, si ruta agrestis sub eius (gallinae) ala appendatur, Africanus. Idem remedium etiam adversus vulpes et alias animantes gallinis noxias valere legimus<sup>824</sup>: et multo efficacius fore (contra feles nimirum et vulpes) si vulpis aut felis fel cibo admistum exhibueris, ut etiam Democritus confirmat. Vulpes gallinis insidiatur, Albertus. et idcirco forte mutui hostes sunt milvus et vulpes, quoniam utrique gallinas rapiunt, Stumpfius. Circa caveas

¶ About the animals harmful to chickens you can also read what previously reported in the chapter of the rooster, paragraph D. So that the hens are not injured by the cats: The cat doesn't attack the hen if under her wing (of the hen) wild rue\* is hung, Sextus Julius Africanus\*, geaponic. I read that the same remedy is helpful against foxes and other animals harmful to hens: and that it will become very more effective (obviously against cats, as well as foxes) if you will give bile of fox or cat mixed with the food, as also Bolos of Mendes\* confirms. The fox sets traps for the hens, Albertus\*. And perhaps because of this the kite\* and the fox are mutual enemies, since both abduct the

<sup>820</sup> L'impiego della cera in caso di dissenteria era consigliato anche da Dioscoride (II,76 nell'edizione di Pierandrea Mattioli, 1554). § Paxamus: Διάρροϊαν δὲ ἰάση ἀλφίτων χειροπληθὲς καὶ κηροῦ τὸ ἴσον οἴνω μίξας, καὶ μάζας ποιήσας, καὶ διδοῦς πρὸ τῆς ἄλλης τροφῆς: (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De Re Rustica Eclogae* - recensuit Henricus Beckh - Teubner - Stoccarda e Lipsia - 1994) § Andrés de Laguna: At diarrhoea correptas curabis, si farinae quantum manu apprehendi possit, tantundemque ex cera vino levigans, atque pastam conficiens, ante alium cibum obtuleris devorandum: [...] (*Geoponica libri XIII-XX*, 1541) § Janus Cornarius: Alvi pro<>fluvio medeberis, polentae manus plenae mensura et cerae pari copia, vino ammixtis, et in massas coactis, si has ante reliquum cibum praebueris. (*Cassii Dionysii Uticensis de agricultura libri XX*, 1543)

<sup>821</sup> Paxamus ha μήλων = pomi, mele, con cui pertanto si traduce *pomorum*.

<sup>822</sup> *De re rustica* VIII,3,7: Tabulatis insistere dormientem avem non expedit, ne suo laedatur stercore, quod cum pedibus uncis adhaesit, podagram creat. Ea pernicies ut evitetur, perticae dolantur in quadrum, ne teres levitas earum supersilientem volucrem non recipiat conquadrate deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita ut a tabulato pedalis altitudinis et inter se bipedali latitudinis spatio distent.

<sup>823</sup> Leontinus ha l'albumine (λευκόν), mentre Pamphilus ha il tuorlo (λέκιθον).

<sup>824</sup> È assai verosimile che Gessner avesse a disposizione un'edizione dei *Geoponica* diversa da quella usata da Andrés de Laguna e da Janus Cornarius\*. Infatti nessuno dei due traduttori riporta questa notizia, reperibile invece nel libro XIV capitolo 9 di *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De re rustica eclogae* - recensuit Henricus Beckh (Teubner, 1994). Il testo del capitolo 9 - Περὶ νεοττοτροφίας. Διδύμου. - è attribuito a Didimo e ciò che ci interessa suona così: Ἐὰν δὲ πήγανον ὑπὸ τὰς πτέρυγας τῶν ὀρνίθων προσδεθείη, οὔτε αἴλουρος, οὔτε ἀλώπηξ, οὔτε ἄλλο τι θηρίον ἄψεται αὐτῶν· καὶ πολλῶ μᾶλλον, ἐὰν εἰς τὴν τροφήν χολὴν ἀλώπεκος ἢ αἰλούρου ἀναφυράσας δῶς, ὡς ὁ Δημόκριτος διαβεβαιούται. § Nel 1805 veniva pubblicato a Londra ΓΕΩΠΟΝΙΚΑ *Agricultural Pursuits* tradotto da Thomas Owen. Anche la sua traduzione del capitolo 9 riporta quanto citato da Gessner: If rue is tied under the {hen's} <hens> wings, neither a cat, nor a fox, nor any other noxious animal, will touch them; and especially if you give them food with which the gall of a fox or of a cat has been mixed, as Democritus positively affirms. - Bisogna sottolineare che nel capitolo 9 di Owen non compare alcun intestatario (IX. - Concerning the feeding of chickens.), probabilmente perché il testo greco era lo stesso di quello usato da Gessner, che non ne dà la fonte. § Andrés de Laguna non specifica di quale testo greco si è servito. Invece Janus Cornarius ci informa di essersi basato su un esemplare greco messogli a disposizione dall'amico boemo Matteo Aurogallo: exemplar Graecum, quod unicum habui a veteri amico meo doctissimo viro Mattheo Aurogallo Bohemo mihi suppeditatum.



gallinarium incendendum est cornu, ne serpens accedat, cuius odore solent interire.

Multas a vulpibus et quibusdam aliis animalibus noxiis patiuntur insidias, ideoque circa loca in quibus versantur extirpanda et removenda sunt omnia in quibus vulpes latere possint. Noctu claudantur in caveis diligenter circumquaque et septis, nec permittantur foris cubare. fertur enim vulpem subdolam intueri eas, quantumcunque in alto remotas loco, ita ut videant oculos eius lucentes tanquam faculas: et cauda quasi baculo quodam minari eis, ut sic prae metu delapsas rapiat. Patiuntur etiam insidias milvorum et aliarum rapacium avium, praecipue aquilarum. contra quas tendantur funes vel vites seu vitalbae (audio vitam sylvestrem causticam in Italia alicubi vitalbam vocari) supra loca in quibus interdum morantur. Capiantur etiam vulpes taliolis, vel aliis artibus, et milvi retibus, {fisco}<sup>825</sup> <visco> vel laqueis, Crescentiensis. Putorii et martari (viverrae seu mustelae sylvestres) omnes infesti sunt gallinis, quibus captis primus caput et cerebrum auferunt ne clamare possint, Albertus. Mustela etiam gallinis infesta, ova earum exorbet, et ipsas interficit, Albertus. ova tantum rapit, nec aliter nocet, Stumpfius. Ἀλέκτορας {γαλή} <γαλή> δειματοῖ, Philes<sup>826</sup>. Vite nigra aiunt si quis villam cinxerit (ut modo de vitalba ex Crescentiensi retuli) fugere accipitres, tutasque fieri villaticas alites, Plin.<sup>827</sup>

Cibi. Eo tempore quo parere desinent aves, id est ab idibus Novembris, pretiosiores cibi subtrahendi sunt, et vinacea praebenda, quae

hens, Johann Stumpf\*. All around the pens of the hens horn has to be burnt, so that the snake doesn't enter, at whose smell they - the snakes - usually die.

They suffer quite a lot of traps from foxes and some other harmful animals, that's why around the places where they are strolling around we have to take away and remove all the things in which the foxes could hide themselves. At night they have to be shut up in pens with enclosures all around and well done, and they have not to be allowed to sleep outside. For they say that the fox being astute catches them even if they are secluded in a place as far as tall it is, so much so that her bright eyes like small torches succeed in seeing: and that she threatens them with the tail as being a baton, so much to abduct them after they are fallen because of fear. They are also subjected to the traps of the kites and other rapacious birds, above all of eagles\*. Against them ropes either black-berried white bryony or white grapevines - *Bryonia alba*\* - have to be set (I hear that somewhere in Italy the caustic wild grapevine is called white grapevine) above the places in which they stay during the day. The foxes have also to be captured with traps or other dodges and the kites with nets, birdlime or snares, Pier de' Crescenzi\*. The ferrets\* - *Mustela putorius furo* - and the beech martens\* - *Martes foina* - (wild *viverra* and *mustela*) are all and sundry harmful to hens, and after captured them they remove their head and brain so that they cannot cackle, Albertus. Also the weasel\* - *Mustela nivalis* - is harmful to hens, it sips their eggs and kills them, Albertus. It only steals the eggs, but doesn't harm in other way, Johann Stumpf. Ἀλέκτορας γαλή δειματοῖ, The weasel terrifies the roosters, Manuel Philes\*. They say that if somebody will have surrounded the farm with black bryony\* or black grapevine - *Tamus communis* - (as a little ago I reported from Pier de' Crescenzi apropos of the white bryony) he keeps away the sparrow hawks\*, and the fowls of the farm stay safely, Pliny\*.

THE FOODS. In that time when hens cease laying, that is, starting from Ides of November - November 13<sup>th</sup>, more expensive foods should be withheld and marcs

<sup>825</sup> La citazione di *fisco* da parte di Gessner è corretta, in quanto nel testo latino di Pier de' Crescenzi (*De omnibus agriculturae partibus et de plantarum et animalium generibus*, 1548) sta proprio scritto *fisco*. Ma nella traduzione italiana (*Ruralia Commoda*, 1490) leggiamo: et nibbi chon rete o con veschio o con lacciuoli. Il *chon* è veritiero. Non ha senso cacciare i nibbi con una cesta (tale è il significato di *fiscus*). Più confacente alla realtà è invischiarli con del vischio o pania che dir si voglia, *viscus* oppure *viscum* in latino. § E il *fisco*, derivato da *fiscus*, è una cesta per il denaro che oggi, 2007, appare sempre più priva di fondo.

<sup>826</sup> Ἀλέκτορες (δειματοῦσι) ... τῶν λεόντων φύσιν, | τούτους δὲ γαλή. - galli (perterrent) leonum naturam, | hos vero mustela. - Philes, *De animalium proprietate* vv. 702-703, DE ANIMALIUM INTER SE INIMICITIA vv.52-53, in *Poetae Bucolici et didactici*, recensuit A. Koechly, Parisiis 1851.

<sup>827</sup> *Naturalis historia* XXIII,27-28: [27] Est ergo et nigra, quam proprie bryoniam vocant, alii Chironiam, alii gynaecanthen aut aproniam, similem priori, praeterquam colore; huius enim nigrum esse diximus. Asparagos eius Diocles praetulit veris asparagis in cibo urinae ciendae lienique minuendo. [28] In fructectis et harundinetis maxime nascitur. radix foris nigra, intus buxead colore. ossa infracta vel efficacius extrahit quam supra dicta, cetera eadem. Peculiare quod iumentorum cervicibus unice medetur. aiunt, si quis villam ea cinxerit, fugere accipitres tutasque fieri villares alites. Eadem in iumento homineque flemina aut sanguinem, qui se ad talos dieicerit, circumligata sanat. Et hactenus de vitium generibus.

satis commode pascunt adiectis interdum tritici excrementis, Columella<sup>828</sup>. Maxime observandum ne vinaceos acinos vorent, ut qui foecunditatem (Andreas a Lacuna vertit firmitudinem. legit enim {μόνιμα} <μόνιμον> non {γόνιμα} <γόνιμον><sup>829</sup>, quod non probo) earum cohibeant, Florentinus. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant, dari non debent, nisi quibus temporibus anni avis foetus non edit. nam et partus raro, et ova faciunt exigua. Sed cum plane post autumnum cessant a foetu, possunt hoc cibo sustineri, attamen quaecunque dabitur esca per cohortem vagantibus die incipiente, et iam in vesperum declinante bis dividenda est, ut mane non protinus a cubili latius evagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temporius ad officinam redeant, possitque numerus capitum saepius recognosci. nam volatile pecus facile pastoris custodiam decipit, Columella<sup>830</sup>. Gallinas aiunt illas suavioris esse carnis, quae cibo non abunde eis apposito, sed quem ipsae pedibus fodientes eruant non absque labore pastae fuerint, Clemens Stromatέων secundo.

Chondro<sup>831</sup>, id est alica aut farre pascebantur etiam gallinae. βούλομαί σε δίκην ἀλεκτρούονος ἐμφορηθέντα τοῦ χόνδρου κορύξασθαι, Aemilianus apud Athenaeum circa finem libri tertii<sup>832</sup>. Cibaria gallinis praebentur optima, pinsitum ordeum, et vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium, aut panicum: sed haec ubi utilitas annonae permittit. ubi vero ea est carior, excreta tritici minute commode dantur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis utilissimum

have to be given, being nourishing well enough, occasionally adding discards of wheat, Columella. Above all we have to watch out that they don't eat the grapes of the marcs, since the latter would stop their fecundity (Andrés de Laguna\* translates with vigor, for he reads *mónimon* - steady - and not *gónimon* - fertile, but I don't agree), Florentinus\*. Grape-stones, even though rather nourishing, must not be given but in the periods of the year when the hen doesn't lay; in fact they cause a laying which happens seldom and the hens lay little eggs. But when, after the autumn, they wholly stop to lay eggs, they can be fed on this food, nevertheless, whatever food will be given to the subjects wandering in the barnyard, it has to be subdivided in two times, at the beginning of the day and when it verges on the evening, so that straight away, early in the morning, they don't excessively stray from hen-pen, and before the twilight they bring forward their return to hen-pen for hope of food, and the head's number can be counted quite a lot of times. In fact the flock of fowls easily deceives the watch of the keeper, Columella. They say that are of more tasty meat those nourished not with an abundantly provided food, but with that they dig up scratching out with their feet and not without labor, Titus Flavius Clemens Alexandrinus\*, II book of *Stromata*.

The hens were also nourished with *chóndros*, that is the emmer\*. *Boúloμαί σε δίκην ἀλεκτρούονος ἐμφορηθέντα τοῦ χόνδρου κορύξασθαι*, I want that you become swollen by stuffing yourself with emmer after the manner of the rooster, the grammarian Maurus Aemilianus in Athenaeus\* toward the end of the III book of *Deipnosophistai*. The hens are provided with good foods, crushed barley\* and vetch\*, as well as chick-peas\*, then also millet\* or foxtail millet\*: but these last two when the market's low price of grain is allowing. But when it is more high, chaff of wheat in small quantity can conveniently be given. In fact such whole wheat

<sup>828</sup> *De re rustica* VIII,5,25: Eodem quoque tempore cum parere desinent aves, id est ab Idibus Novembribus, pretiosiores cibi subtrahendi sunt et vinacea praebenda, quae satis commode pascunt, adiectis interdum tritici excrementis.

<sup>829</sup> Si emenda in base a *Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De re rustica elogae* - recensuit Henricus Beckh (Teubner, 1994) - 14,7,4: Ὅταν δὲ ὠτοκῶσι, παρατηρεῖν μάλιστα χρή, ὅπως μὴ γίγαρτα φάγωσι. τὸ γὰρ γόνιμον αὐτῶν ἐπέχει. - Oltretutto Gessner nel suo *Lexicon graecolatinum* (1537) dà γόνιμος solo come sostantivo maschile e non come aggettivo, anche se poi, incomprensibilmente, lo traduce come aggettivo: Γόνιμος. οὐ. ὁ. fertilis, naturalis, genitalis, prolificus. § Gessner si oppone alla traduzione presente nella sua fonte, Andrés de Laguna, che recita: ...ne vinaceos acinos vorent, ut qui firmitudinem earum cohibeant. § Invece Janus Cornarius traduce alla Gessner: ...ne vinacea edant, foecunditatem enim ipsarum supprimunt. § Ma μόνιμον è presente nell'edizione dei *Geoponica* curata da Johannes Alexander Brassicanus\*, alias Johann Alexander Köl/Köll = cavolo = *Brassica oleracea* (Basilea, 1539). Verosimilmente Laguna si servì di questo testo greco.

<sup>830</sup> *De re rustica* VIII,4,2-3: [2] Cytisi folia seminaque maxime probantur et sunt huic generi gratissima, neque est ulla regio in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant dari non debent, nisi quibus anni temporibus avis fetum non edit, nam et partus raros et ova faciunt exigua. [3] Sed cum plane post autumnum cessa[n]t a fetu, potest hoc cibo sustineri. Ac tamen quaecumque dabitur esca per cohortem vagantibus, die incipiente et iam in vesperum declinato, bis dividenda est, ut et mane non protinus a cubili latius evagentur, et ante crepusculum propter cibi spem temperius ad officinam redeant, possintque numerus capitum saepius recognosci. Nam volatile pecus facile custodiam pastoris decipit.

<sup>831</sup> Il sostantivo greco maschile χόνδρος significa granello, grano macinato grossolanamente, farina grossa, sèlta, farinata, polenta, cartilagine.

<sup>832</sup> III,99,127a (*Dipnosophistarum libri XV* - vol I - recensuit Georgius Kaibel - Teubner, Stuttgart,1985).

est, non utiliter praebetur, quia obest avibus. potest etiam lolium decoctum obijci, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tantum aptuntur (appetuntur,) <ieiunis,><sup>833</sup> Columella. Cibus illis est offerendus, elixum hordeum, aut milium aut frumenti furfur, aut zizania vocata lolium, quae quidem ad nutritionem est commodissima: ac humida folia cytisi. Haec enim eas maxime durabiles et firmas reddunt, (foecundiores potius. γονιμώτερα, non μονιμώτερα,<sup>834</sup>) Florentinus.

Cibus idoneis foecunditas earum elicienda est, quo maturius partum edant. Optime praebetur ad satietatem ordeum semicoctum. nam et maius facit ovorum incrementum, et frequentiores partus. Sed is cibus quasi condiendus est interiectis cytisi foliis ac semine eiusdem, quae utraque maxime putantur augere foecunditatem avium. Modus autem cibariorum sit, ut dixi, vagis binorum cyathorum ordeum, aliquid tamen admiscendum erit cytisi, vel si id non fuerit, viciae, aut milii, Columella<sup>835</sup>. Sed quinam cibi simul et nutriant et foecundas reddant, supra etiam hoc in capite dictum est, non procul initio. {Ieiunis cytisi} <Cytisi> folia, seminaque maxime probantur, et sunt huic generi gratissima: neque est ulla regio, in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima, Columella<sup>836</sup>. Cytisum in agro esse quam plurimum refert, quod gallinis et omni generi pecudum utilissimus est, quod ex eo

can conveniently be given. In fact such whole wheat, also in those places where it is very cheap, is not profitably given to eat, being harmful to birds. You can also give boiled darnel\* and moreover bran little impoverished of flour, for if the bran doesn't have flour anymore, it is not suitable, nor is desired when they have an empty crop, Columella. Boiled barley has to be given them as food, or millet, or bran of wheat, or darnel - *Lolium temulentum* - said bearded darnel, which actually is very proper for feeding; and the green leaves of cytisi\*. In fact these make them very resistant and strong (it is preferable *more fertile*, that is, *gonimōtera*, not *monimōtera*, stronger), Florentinus.

Their fertility must be stimulated with proper foods, so that they lay more promptly. It is excellent to give them half cooked bowline to satiety. In fact it makes the eggs larger and a more frequent laying. But this food must be made somehow pleasant mixing it with leaves and seeds of cytisi, both things regarded as very suitable for increasing the fertility of the birds. The quantity of food, as already I said, has to be of two *cyath*\* - 100 ml - of barley apiece for the subjects free to stroll around, nevertheless we have to mix a little bit of cytisi or, if it is not available, of vetch or millet, Columella. But what foods are at the same time nourishing and stimulating of the fertility, it is already been told previously in this chapter, not afar from the beginning. The leaves and the seeds of cytisi are very appreciated and this genus of birds likes them a lot; and there is no region where this small bush is not abundantly present, but even in overabundance, Columella. It is very important that the cytisi is present in the fields, being very useful to hens and every kind of animals, since thanks to it the animals

<sup>833</sup> Probabilmente la fonte di Gessner per il testo di Columella presentava qualche errore oltre ad *aptuntur*. Infatti *ieiunis* dovrebbe trovarsi appena dopo *appetuntur*, per cui questo *ieiunis* va tolto dalla successiva citazione di Columella. § *De re rustica* VIII,4,1-2: Cibaria gallinis praebentur optima pinsitum hordeum et vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium aut panicum. Sed haec ubi vilitas annonae permittit; ubi vero ea est carior, excreta tritici minuta commode dantur. Nam per se id frumentum, etiam quibus locis vilissimum est, non utiliter praebetur, quia obest avibus. Potest etiam lolium decoctum obijci, nec minus furfures modice a farina excreti, qui si nihil habent farris, non sunt idonei, nec tamen appetuntur ieiunis. [2] Cytisi folia seminaque maxime probantur et sunt huic generi gratissima, neque est ulla regio in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant dari non debent, nisi quibus anni temporibus avis fetum non edit, nam et partus raros et ova faciunt exigua.

<sup>834</sup> Anche questa volta Gessner riceve il conforto di Henricus Beckh (*Geoponica sive Cassiani Bassi Scholastici De re rustica eclogae* - recensuit Henricus Beckh, Teubner, 1994). Infatti in questa edizione dei *Geoponica* le parole di Florentino suonano così: καὶ κυτίσου φύλλα ὑγρά: ταῦτα γὰρ καὶ γονιμώτατας ποιεῖ. § Sia Cornarius che Laguna disponevano verosimilmente di un μονιμωτάτας. Cornarius: ...et cytisi folia humecta, haec enim et durabiles ipsas faciunt. Laguna: ...ac humida folia cytisi. Haec enim, eas maxime durabiles et firmas reddunt. § Nel 1805 veniva pubblicato a Londra ΓΕΩΠΟΝΙΚΑ *Agricultural Pursuits* tradotto da Thomas Owen. Anche la sua versione concorda con quella di Gessner: ...and the green leaves of cytisi, for these make them very prolific. § Ma μονιμωτάτας è invece presente nell'edizione dei *Geoponica* curata da Johannes Alexander Brassicanus, alias Johann Alexander Köhl/Köll = cavolo = *Brassica oleracea* (Basilea, 1539).

<sup>835</sup> *De re rustica* VIII,5,2: Sed cibus idoneis fecunditas earum elicienda est, quo maturius partum edant. Optime praebetur ad satietatem hordeum semicoctum, nam et maius facit ovorum incrementum et frequentiores partus, et is cibus quasi condiendus est interiectis cytisi foliis ac semine eiusdem, quae maxime putantur augere fecunditatem avium. Modus cibariorum sit, ut dixi, vagis binorum cyathorum hordei. Aliquid tamen admiscendum erit cytisi, vel si id non fuerit, viciae aut milii.

<sup>836</sup> *De re rustica* VIII,4,2: Cytisi folia seminaque maxime probantur et sunt huic generi gratissima, neque est ulla regio in qua non possit huius arbusculae copia esse vel maxima. Vinacea quamvis tolerabiliter pascant dari non debent, nisi quibus anni temporibus avis fetum non edit, nam et partus raros et ova faciunt exigua.

cito pinguescit, Idem<sup>837</sup>. {Aristomachus} <Amphilochus> viridem cytisum gallinis dari iubet, aut si aruerit madefactum, Plin.<sup>838</sup> Gallis cytisi semen foliaque (arida) perfusa aqua, offerenda sunt, quippe quae non minus quam viridia eos nutriant, Florentinus. Cannabis semen in homine genituram extinguit, gallinis auget. nam quae in hyeme hoc semine pascuntur gallinae ova pariunt, caeterae non item, Amatus Lusitanus.

¶ Saginatio. Vides et hic prope villae culinam quasdam caveis inclusas. has villica copiosiore cibo pascit, ut quam mox plenas factas, carius mercatori vendat. has farctas et altiles nuncupant, (Germani masthennen,) Gyb. Longolius. Altiles dictae quod sagina altae et enutritae sint, Platina.

Pascitur et dulci facilis gallina farina, | Pascitur et tenebris. ingeniosa gula est, Martialis sub lemme Gallina altilis<sup>839</sup>. Interdictum est lege C. Fannii consulis, ne quid volucrum poneretur, praeter unam gallinam quae non esset altilis, Plin.<sup>840</sup> Capos et gallinas saginare ligur<r>itores ipsi invenere, quo unctius ac lautius devorarent, Platina. Gallinas saginare Deliaci coepere: unde pestis exorta, opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Foeminae quidem ad saginam non omnes eliguntur, nec nisi in cervice pingui cute. Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores, Plinius<sup>841</sup>. Hyeme melius quam

fatten up in a hurry, still Columella. Amphilochus of Athens\* - not Aristomachus of Soli\* - prescribes that green cytisus is given to the hens, or moist if it is dried up, Pliny. To the roosters have to be given seeds and leaves (dry) of cytisus soaked in water, being nourishing not less than the green ones, Florentinus. The seed of the hemp\* in human beings reduces the reproductive ability, in the hens increases it. In fact those hens eating this seed during the winter, lay eggs, the others don't do the same, Amatus Lusitanus\*, alias João Rodriguez do Castelo Branco.

FATTENING. And you can see some of them confined in the pens, here, near the kitchen of the farm. The wife of the farmer nourishes them with food in greater amount, so that, as soon as they became fat, she can sell them to the poulterer at a higher price. They call these hens as filled and fattened (the Germans say *masthennen*), Gisbert Longolius\*. They are said fattened having been fed and stuffed with fattening mash, Platina\*.

Page 433

The hen is easily nourished also with the sweet meal, | she is also nourished by darkness. The palate is ingenious, Martial\* at the item *Hen to be fattened*. By the law of Caius Fannius\* was forbidden of putting in table any bird except for only a not fattened hen, Pliny\*. They have been the gluttons themselves who invented the fattening of capons and hens, in order to gorge themselves in a more delicious and sumptuous way, Platina\*. They have been the inhabitants of Delos\* who began to fatten the hens, whence arose the very bad practice of eat fat poultry basted in its own greasy. To say the truth, not all the hens are chosen for being fattened, but only if they have fat skin on the neck. Afterwards the culinary arts got involved so that the legs were looking well, so that they were bending at the sides of the back, so that stretched beginning from a leg

<sup>837</sup> *De re rustica* V,12,1: Cytisum in agro esse quam plurimum maxime refert, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, bubus quoque et omni generi pecudum utilissimus est; quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum praebet ovibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo uti et postea arido possis. Praeterea in quolibet agro quamvis macerrimo celeriter comprehendit; omnem iniuriam sine noxa patitur.

<sup>838</sup> Si tratta di una prescrizione di Anfiloco. § Plinio *Naturalis historia* XIII,130-131: Frutex est et cytisus, ab Amphilocho Atheniense miris laudibus praedicatus pabulo omnium, aridus vero etiam suum, spondetque iugero eius annua HS MM vel mediocri solo reditus. utilitas quae ervo, sed ocior satias, perquam modico pinguescente quadrupede, ita ut iumenta hordeum spernant. non ex alio pabulo lactis maior copia atque melio, super omnia pecudum medicina validas a morbis omnibus praestante. [131] quin et nutricibus in defectu lactis aridum atque in aqua decoctum potui cum vino dari iubet — firmiores excelsioresque infantes fore —, viridem etiam gallinis aut, si inaruerit, madefactum. apes quoque numquam defore cytisi pabulo contingente promittunt Democritus atque Aristomachus.

<sup>839</sup> *Epigrammi* XIII, 62, *Gallinae altiles*. Pascitur et dulci facilis gallina farina, | pascitur et tenebris. Ingeniosa gula est.

<sup>840</sup> Già citato a pagina 387.

<sup>841</sup> *Naturalis historia* X,139-140: Gallinas saginare Deliaci coepere, unde pestis exorta opimas aves et suoapte corpore unctas devorandi. Hoc primum antiquis cenarum interdictis exceptum invenio iam lege Gai Fanni consulis undecim annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucrum poneretur praeter unam gallinam quae non esset altilis, quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. [140] Inventumque deverticulum est in fraudem earum gallinaceos quoque pascendi lacte madidis cibis: multo ita gratiores adprobantur. Feminae quidem ad saginam non omnes eliguntur nec nisi in cervice pingui cute. Postea culinarum artes, ut clunes spectentur, ut dividantur in tergora, ut a pede uno dilatatae repositoria occupent. Dedere et Parthi cocis suos mores. Nec

aestate saginatio fiet, probabiliorque erit fartura, Platina. Gallinae et capi impinguntur cito, si cerevisia eis in potu apponatur pro aqua. Vide plura superius in Capo E.

Pinguem quoque facere gallinam, quamvis factoris, non rustici sit officium, tamen quia non aegre contingit, praecipendum putavi. Locus ad hanc rem {desyderatur} <desideratur> calidus maxime, et minimi luminis, in quo singulae caveis angustioribus, vel sportis inclusae pendeant aves, sed ita coarctatae, ne versari possint. Verum habeant ex utraque parte foramina. Unum, quo caput exeratur: alterum, quo cauda, clunesque, ut et cibos capere possint, et eos digestos sic edere, ne stercore coinquantur. Substernatur autem mundissima palea, vel molle foenum, id est cordum. Nam si dure cubant, non facile pinguescunt. Pluma omnis e capite, et sub alis atque clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. Cibus autem praebetur ordacea farina, quae cum est aqua conspersa et subacta, formantur offae, quibus aves saginantur. Eae tamen primis diebus dari parcius debent, dum plus concoquere consuescant. Nam cruditas miranda est maxime, tantumque praebendum, quantum digerere possint. neque ante recens admovenda est, quam tentato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. Cum deinde satiata est avis, paululum deposita cavea dimittitur, sed ita ne vagetur: sed potius, si >quid est, quod eam stimulet aut mordeat, rostro persequatur. Haec enim fere communis est cura farcientium. Nam illi, qui volunt non solum opimas, sed etiam teneras ave{is} efficere, mulsa {recente} <recenti> aqua praedicti generis farinam conspergunt, et ita farciunt. nonnulli tribus aquae partibus unam boni vini miscent, madefactoquo triticeo pane obesant avem, quae prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari coepta,

they were filling the whole dish of course. Even the Parthians\* gave their customs to the cooks. The fattening will take place better in winter than in summer, and they will become fat more probably, Platina. The hens and the capons\* fatten quickly if beer is given to drink in place of water. See more data in what has been said previously in the paragraph E of the capon.

Also to fatten a hen, although this is a task of he who by profession fattens them and not of the farmer, nevertheless, since it is not a hard work, I reckoned proper to teach it. For this purpose is required a very warm place and with very little light, in which the hens have to stay individually hanging and shut up in rather narrow cages or in baskets, but kept in the narrow so that they cannot move. However they must have available holes at two extremities. A hole through which the head is let out: the other through which the tail and the buttocks escape, in such a way that they are able both to take food and to expel that digested without fouling themselves with dung. Very clean straw has to be spread under them or soft hay, that is, late. In fact if they lie down on hard they don't easily fatten. All the feathers from the head have to be removed, from under the wings and from buttocks: in the first two places so that they don't give birth to lice\*, in the latter place in order to not create with the dung ulcerations in the region roundabouts the cloaca. As food is given barley\* meal which, after has been wetted and kneaded with water, is shaped in pellets by which the hens are fattened. However in the first days they have to be given with a certain parsimony, until when the hens don't get used to digest a greater quantity of them. In fact we have to watch out a lot for indigestion and to give them just enough they are able to digest. And new food has not to be given before we won't be sure, by feeling the crop, that there old food has not remained. When then the hen is satisfied, the cage is lowered and she is allowed to go out for a little bit, without allowing her to go away, but only so that she can chase with the beak something, if there is, bothering or pestering her. In fact this is roughly the way in which have to act the fatteners. In fact those people who want not only to make fat the hens, but also tender, wet the meal of the above-mentioned kind with fresh water mixed to honey, and they fatten them in this way. Some mix a

---

tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, clune, alibi pectore tantum laudatis. § Non si capisce in cosa consista la scappatoia stando alle parole di Plinio. Per la legge Fannia non si poteva porre in tavola alcun volatile eccetto una gallina che non doveva essere stata ingrassata. Ma i galli, nutriti con cibi inzuppati nel latte per renderli di sapore più raffinato, erano anch'essi dei volatili, salvo che li facessero passare per galline asportando cresta e speroni, oppure che i cibi inzuppati nel latte fossero capaci - ma non lo erano - di castrarli e di farli somigliare a galline. Misteri interpretativi! Oltretutto, grazie al latino di Plinio, *quae non esset altilis* potrebbe magari tradursi con *gallina che non fosse grassa = che doveva essere grassa*, come ci permettiamo noi italiani di usare il *non* con il condizionale con finalità affermative anziché negative. Ma se la gallina doveva essere grassa, addio parsimonia nelle spese per le mense, perché ingrassare un volatile costa di più.

vigesima pergliscit, Columella<sup>842</sup>.

Gallinae saginantur maxime villaticae. Eas includunt in locum tepidum, et angustum, et tenebrosum, quod motus earum, et lux pinguitudini inimica, electis ad hanc rem maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellant, cum Medicas deberent, Varro<sup>843</sup>. Antiquissimum est maximam quanque avem lautioribus epulis destinare. Sic enim digna merces sequitur operam et impensam, Columella. Amplas omnes e villaticis, evulsis (pennis extremis, Florentinus) ex alis pinnis, et cauda, farciunt turundis hordeaceis partim admistis ex farina loliacea, aut semine lini ex aqua dulci: (Alii tritici pollinem miscent. Sunt qui his omnibus infundant vinum, Florentinus.) Bis die cibum dant, observantes ex quibusdam signis, ut prior sit concoctus, quam secundum dent. Dato cibo, tum perpurgant caput, ne quos habeant pedes, et rursus eas concludunt. Hoc faciunt usque ad dies viginti quinque. Tum denique pingues fiunt. Quidam ex triticeo pane intrito in aquam, mixto vino bono et odorato farciunt, ita ut diebus viginti pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, sic ut decem primis processit, in

part of good wine with three parts of water and after they wetted bread of wheat\* they fatten the hen, who, having started to be fattened at the beginning of the new moon (in fact we have also to consider this), after twenty days she comes at the end of the fattening, Columella\*.

Above all are fattened the courtyard's hens. They shut up them in a lukewarm, narrow and dark place, since their moving and the light are enemies of the obesity, and for this purpose the larger hens have to be chosen, and not necessarily those they call *Melicae*, while they should be called Median\*, Varro\*. It is a very ancient custom to assign any very large hen to the more sumptuous banquets. In fact so a right profit is coming hence for the carried out work and the sustained expense, Columella. They fatten all the bulky courtyard's hens, after they removed the feathers from the wings (the peripheral feathers, Florentinus\*) and from the tail, with mashes of barley partly mixed with meal of darnel\* or with flaxseed\* in sweet water (others mix superfine flour of wheat, some pour wine in all these ingredients, Florentinus). They feed twice a day, keeping in mind some signs, that the previous food has been digested before giving the next one. Once the food has been given, then they polish up the head so that they don't have any lice, and newly they shut up them. They do this for 25 days. Then finally they become fat. Some fatten them with wheat's bread soaked in water mixing good and perfumed wine, so to make them fat in the turn of 20 days, and tender. If during the fattening they are finicky because of too much food, it has to be proportionally reduced, in such a way that as it has been increased in the first 10 days,

<sup>842</sup> *De re rustica* VIII,7,1-5: [1] Pinguem quoque facere gallinam, quamvis fartoris, non rustici sit officium, tamen quia non aegre contingit, praecipendum putavi. Locus ad hanc rem desideratur maxime calidus et minimi luminis, in quo singulae caveis angustioribus vel sportis inclusae pendeant aves, sed ita coartatae ne versari possint. [2] Verum habeant ex utraque parte foramina, unum quo caput exseratur, alterum quo cauda clunesque, ut et cibos capere possint et eos digestos sic edere ne stercore coinquentur. Substernantur autem mundissimae paleae vel molle foenum, id est cordonum. Nam si dure cubant, non facile pinguescunt. Pluma omnis e capite et sub alis atque clunibus detergetur, illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. [3] Cibus autem praebetur hordeacea farina, quae cum est aqua consparsa et subacta, formantur offae, quibus avis salivatur <aves saginantur>. Hae tamen primis diebus dari parcius debent, dum plus concoquere consuescant. Nam cruditas maxime vitanda est, tantumque praebendum quantum digerere possint. Neque ante recens admovenda est quam temptato gutture apparuerit nihil veteris escae remansisse. [4] Cum deinde satiata est avis, paululum deposita cavea dimittitur, et ita ne evagetur, sed potius, si quid est quod eam stimulet aut mordeat, rostro persequatur. Haec fere communis est cura farcientium. Nam illi qui volunt non solum opimas sed etiam teneras avis efficere, mulsea recenti aqua praedicti generis farinam conspargunt, et ita farciunt. nonnulli tribus aquae partibus, unam boni vini miscent, madefactoque triticeo pane obesant avem, quae prima luna (quoniam id quoque custodiendum est) saginari coepta vicensima pergliscit. [5] Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit quot iam farturae processerint, ita tamen ne tempus omne opimandi quintam et vicesimam lunam superveniat. Antiquissimum est autem maximam quamque avem lautioribus epulis destinare. Sic enim digna merces sequitur operam et impensam.

<sup>843</sup> *Rerum rusticarum* III,9,19-21: De tribus generibus gallinae saginantur maxime villaticae. Eas includunt in locum tepidum et angustum et tenebrososum, quod motus earum et lux pinguitudinis vindicta, ad hanc rem electis maximis gallinis, nec continuo his, quas Melicas appellant falso, quod antiqui, ut Thetim Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant. Hae primo dicebantur, quae ex Media propter magnitudinem erant allatae quaeque ex iis generatae, [20] postea propter similitudinem amplae omnes. Ex iis evulsis ex alis pinnis et e cauda farciunt turundis hordeaceis partim admixtis farina lolleacia aut semine lini ex aqua dulci. Bis die cibum dant, observantes ex quibusdam signis ut prior sit concoctus, antequam secundum dent. Dato cibo, quom perpurgarunt caput, nequos habeat pedes, rursus eas concludunt. Hoc faciunt usque ad dies XXV; tunc denique pingues fiunt. [21] Quidam et triticeo pane intrito in aquam, mixto vino bono et odorato, farciunt, ita ut diebus XX pingues reddant ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione pro portione, ac decem primis processit, in posterioribus ut deminuat eadem ratione, ut vicesimus dies et primus sint pares. Eodem modo palumbos farciunt ac reddunt pingues.

posterioribus ut diminuat eadem ratione, ut vigesimus dies et primus sit par, Varro. Si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturae processerint: ita tamen, ne tempus omne opimandi quintam et vigesimam lunam superveniat, Columella.

Caeterum maior pars milio alunt gallinas, Florentinus. Gallinas et anseres sic farcito: Gallinas teneras, quae primum parie{ri}nt, concludas, polline, vel farina ordacea conspersa, turundas facias: eas in aquam intinguat, et in os indat: paulatim quotidie addat, et ex gula {consyderet} <consideret>, quod satis fiet. Bis in die farciat, et meridie bibere dato. nec plus aquam ante (in vase appositam) sinas quam horam 1 {j}. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere bis in die, et bis escam, Cato<sup>844</sup>.

¶ Febrientibus magis conveniunt gallinae castratae, quanquam veteres castrationis earum non meminerunt. ego castratas domi alo, quarum caro albior, melior et friabilior est. Facile et cito coquuntur, et tenerae fiunt et gratae palato, Mich. Savonarola<sup>845</sup>.

¶ Si cibus deesse sentiatur apibus, ad fores earum posuisse conveniet crudas gallinarum carnes, et uvas passas, etc. Plinius<sup>846</sup>.

¶ Albuminis usus. Aurum marmoris et iis quae candefieri non possunt, ovi candido illinitur, Plinius<sup>847</sup>. Candidum ex ovis admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta, vis vero tanta est ut lignum perfusum ovo non ardeat, ac ne

the same it must be decreased in the following days, so that the twentieth and the first day are corresponding, Varro. If the hen will become finicky towards the food, it will be advisable to reduce it for so many days already passed from when we started to fatten them: nevertheless in such a way that the fattening time doesn't go beyond the 25<sup>th</sup> day of the moon, Columella.

On the other hand, the generality feeds the hens with millet\*, Florentinus. Fatten hens and geese in the following way: you have to shut up the young hens as soon as they will start to lay, prepare mashes by wetting superfine flour or meal of barley: dip the mash in water and shove it into the mouth: add it bit by bit every day and judge according to the crop if it will be sufficient. Stuff them twice a day, and gives them to drink at midday. And don't allow them to have in front water (put in a container). for more than a hour. Nourish in the same way the goose, but only having first given her to drink twice a day, and twice the food, Cato\*.

¶ For those people having fever the castrated hens\* are more suitable, although the ancients didn't make mention of their castration. In my house I am raising castrated hens and their meat is more white, better and friable. They easily cook and quickly, and become tender and pleasant to the palate, Michele Savonarola\*.

¶ If you were under the impression that the bees lack food, near the entry of their nest it will be worthwhile to have put raw meat of hen and raisin, etc., Pliny.

¶ USE OF THE ALBUMEN. The gold is smeared on marble and on those things which cannot be made incandescent, by the use of egg white, Pliny. The white obtained from eggs mixed with quicklime joins the fragments of glass: in truth the strength in it is so great

<sup>844</sup> Non si procede a emendare tutti i verbi alla II oppure alla III persona singolare. Però si traduce con la II persona singolare nonostante l'imperativo *farcito* sia adatto sia per l'una che per l'altra. - *De agricultura*, 89: Gallinas et anseres sic farcito. Gallinas teneras, quae primum parient, concludat. Polline vel farina hordeacia conspersa turundas faciat, eas in aquam intingat, in os indat, paulatim cotidie addat; ex gula consideret, quod satis sit. Bis in die farciat et meridie bibere dato; ne plus aqua sita siet horam unam. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere et bis in die, bis escam.

<sup>845</sup> Mai sentito dire che si castrassero anche le galline, nonostante sia possibile. Non si è mai finito d'imparare! Forse l'*eviratore* di galline era il medico Michele Savonarola, nonno del famosissimo Girolamo\*. Le galline castrate furono decantate anche dal medico e poeta Giovanni Battista Fiera\*. Si veda Aldrovandi a pagina 294: Sic humens Gallina vices huic cedet honoras | Vel nigra, vel partus sit licet indocilis. - Michele Savonarola *Practica medicinae sive de aegritudinibus* (1497) TRACTATUS II, CAP. I, RUBRICA I: Infertur tertio quod febrientibus competunt magis gallinae iuvenes castratae. Nec miretur quisque de castratura gallinarum: nam satis habeo in domo. Et sine dubio caro earum est albior, et mollior, et frangibilior: et statim cum sunt decoctae sunt tenerae et esui delectabilissimae: remque istam ut expertam scribo. - *Practica canonica* (1560) DE FEBRIBUS, CAP. IV, DE DIAETA FEBRIUM IN UNIVERSALI, RUBRICA II DE CIBIS TEMPERATIS: Pullus moderate pinguis, qui non coire coeperit. Capones & caponissae moderate pingues.

<sup>846</sup> *Naturalis historia* XXI,82: Si cibus sentiatur deesse apibus, uvas passas siccasve ficos tusas ad fores earum posuisse conveniat, item lanas tractas madentes passo aut defruto aut aqua mulsa, gallinarum etiam crudas carnes. quibusdam et aestatibus iidem cibi praestandi, cum siccitas continua florum alimentum abstulit. Alvorum, cum mel eximatur, inlini oportet exitus melissophyllo aut genista tritis, aut medias alba vite praecingi, ne apes diffugiant. Vasa mellaria et favos lavari aqua praecipiant, hac decocta fieri saluberrimum acetum.

<sup>847</sup> *Naturalis historia* XXXIII,64: Marmoris et iis, quae candefieri non possunt, ovi candido inlinuntur, ligno glutini ratione composita; leucophorum vocant. quid sit hoc aut quemadmodum fiat, suo loco docebimus. Aes inaugurari argento vivo aut certe hydrargyro legitimum erat, de quis dicemus illorum naturam reddentes.

vestis quidem contacta aduratur, Plin.<sup>848</sup> Aurum ovatum ex Grammaticis quidam dictum volunt, quoniam ovi albo antea illito, aera ac marmora auri et argenti laminis decorarentur. Papaver candidum panis rustici crustae inspergitur affuso ovo inhaerens, etc. Plinius. Pharmacopolae ut serapia et alias potiones clariores reddant, ovi albumine, aliquando etiam testis pariter utuntur, decocto interim agitando iniicientes. Ovi albumen ex aqua frigida scopulis agita, donec in spumam abeat, quam particulatim syrupo, vel alteri decocto ferventi inspergas: et ubi nigruerit, cochleari foraminulento deradas, novam inspergas: id fac donec erit syrupus clarior. [Iac. Sylvius]

that a wood piece sprinkled with egg doesn't burn, and even a clothing smeared with it doesn't catch fire, Pliny. Some grammarians are thinking that eggy gold took the name from the fact that bronzes and marbles were decorated with gold and silver leaves after egg white was first smeared. The seeds of the white poppy\* - *Papaver alpinum* - are sprinkled on the crust of homemade bread after egg has been shed on it to which they glue, etc, Pliny. The apothecaries to make more clear syrups - see *serapium*\* - and other potions use egg white and sometimes the shells too, plunging them into meanwhile are mixing up the decoction. Shake with small brooms the egg white in cold water until became a foam which you add little by little to a syrup or another decoction while boiling: and when it darkened they remove the foam with a perforated spoon, add some new foam: continue to do so until the syrup became more clear, Jacques Dubois\*.

Page 434

Alii ubi ex bullis clarius decoctum vi ignis factum animadvertunt in id tepidum (nam calidius decoctum albumen coqueret, in frigidiore minus prompte et parcius spuma elicitur) albumina [434] singulis libris singula, sed etiam pluribus pauciora iniiciunt, scopulis agitant, ut spumescat, {saccharum} <saccharon> in particulas confractum coniiciunt, recoquunt: ubi spuma subsedit, igni aufertur, calidum, si crassum est vix colatur. si facile colatur, sed turbidum, tepidum vel frigidum colatur, per manicam<sup>849</sup> Hippocratis, melius autem per pannum clavis quatuor, angulis quatuor firmatum. Colatur autem ter quater si non satis claruerit: si ne sic quidem albumen separatim in aqua agitatum, scopulis inspergitur decocto igni reddito, spuma illa usta, alia iniicitur, idque toties donec bullae clarum satis produnt. tunc colatur quoties est necesse, Iac. Sylvius<sup>850</sup>. Surrentina vafer qui miscet faece Falerna | Vina, columbino limum (id est faecem) bene colligit ovo, | Quatenus ima petit volvens aliena vitellus, Horatius Serm. 2. 4.<sup>851</sup>

Others, when through the bubbles realize that the decoction became clearer thanks to the power of the fire, when it became lukewarm (in fact a warmer decoction would cook the albumen, in a more cold one the foam is produced less quickly and in less quantity) they add an egg white to each pound [327.45 g] of decoction, but add even less than an egg white to several pounds, they shake with small brooms so that it foams, put in finely minced sugar and boil again: when the foam lowers, it is removed from fire when still hot, if it is thick it strains with difficulty: if it strains easily but is turbid, is strained through a conic flannel sleeve of Hippocrates\*, even better through a cloth fixed at its four corners by four nails. For it is strained three or four times if didn't become clear enough: if it is not thus, on the decoction put back on fire by small brooms is poured egg white beaten apart in water, when this foam has consumed, other is added, and this is done time after time until the bubbles reveal that it is clear enough. Then it is strained as many times as necessary, Jacques Dubois\*. The sly fellow mixing wines of Sorrento\* with dregs of the Falerno\*, carefully collects the deposit (i.e. dregs) with a dove's egg, since the yolk wrapping up the foreign substances goes towards the bottom, Horace\*, *Sermones* II,4..

Vinum ut pellucidum confestim fiat: Alba ovorum conice in vas quotquot suffecerint, et vinum quoad spumat concutiatur. cum vino et

In order that the wine becomes clear very quickly: Put in a vessel as many egg whites as enough and the albumen is beaten until it foams. Along with the wine

<sup>848</sup> *Naturalis historia* XXIX,51: Et, ne quid desit ovorum gratiae, candidum ex iis admixtum calci vivae glutinat vitri fragmenta; vis vero tanta est, ut lignum perfusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contacta aduratur.

<sup>849</sup> Una manica conica in flanela usata per filtrare i liquidi, che in inglese suona *chausse*, come riferisce Lind (1963): *chausse*, a conical bag, made of flannel, for straining liquids. Dunglison. - Robley Dunglison, *Medical Lexicon - A Dictionary of Medical Science* - Blanchard and Lea, Philadelphia, 1865.

<sup>850</sup> *Methodus medicamenta componendi, ex simplicibus indicio summo delectis, et arte certa paratis* (1553).

<sup>851</sup> *Satirae* II,4,55-57.



modicum salis albi tenuis, et fit album, etc. Nic. Myrepsus. Quoniam vitellus ovi naturam habet cognatam cum faece vini et albugo cum vino: ideo est quod cum ova immittuntur vino (turbato per aestatem propter calorem austrinum) cum harena et calce clarificatur vinum. nam harena et calx perforant (penetrant) v<i>ni substantiam, et vitellus attrahit faecem, Albertus in Aristot. de generat. anim. 3. 2.

¶ Vitelli usus. Cum aqua decoquitur in salem, non constat sal, qui terrestris est naturae, nisi per ova vel sanguinem. quia sanguis, et vitellus in ovis, eiusdem sunt naturae, Albertus. De usu vitelli ad vinum faeculentum purificandum, iam proxime dictum est. quoniam idem fere albuminis etiam ad claritatem medicatis potionibus conciliandam usus esse videtur. Vitellus ovi in plenilunio exclusi, sordes panni abstergit. si vero alio tempore exclusum sit, id efficere non potest. huius causam dicunt quidam esse, quia media saginata (sic habet codex impressus. forte sanguinea) gutta in vitello, prima quidem generatione existens, calorem penetrantem et dividentem maculas ex multo lumine lunae humidum movente tunc concipit, quod alio tempore facere nequit, Albertus.

¶ Gallinarum pennae culcitris imponuntur, Crescentiensis.

¶ Maio mense caseum coagulabimus {syncero} <syncero> lacte, coagulis vel agni, vel hoedi, vel pellicula quae solet pullorum (gallinaceorum scilicet) ventribus adhaerere, Palladius<sup>852</sup>.

¶ Cavendum est ne ad praesepia boum gallina perrepat. nam hoc quod decidit immistum pabulo bubus affert necem, Columella<sup>853</sup>.

¶ Avienus Arati interpres Latinus inter pluviae signa ponit, pectora cum curvo purgat gallinula rostro. Gallinae si ultra solitum se concutiant in arena: vel segregentur plures earum in uno loco simul, et in pluviae principio quaerant locum opertum ubi a pluvia protegantur, signum est magnae futurae pluviae, Gratarolus.

also put a little bit of fine white salt, and the wine becomes white, etc. Nicolaus Myrepsus\*. Since the egg yolk has a composition having affinity with wine dregs and the egg white with wine: and therefore it happens that when the eggs are put in wine (which in summer is turbid because of heat due to southern winds) along with sand and lime, the wine becomes clear. For sand and lime pierce (penetrate) the wine's constituents and the yolk attracts the dregs. Albertus Magnus\* in the commentary to *De generatione animalium* of Aristotle\* III,2.

¶ USE OF THE YOLK. It is boiled with the water until to reduce it to a salt, the salt being of terrestrial nature doesn't last for a long time except thanks to eggs or blood. Since the blood and the egg yolk are of the same nature, Albertus. About the use of the yolk to purify the wine rich in dregs I have just spoken. In fact it seems that the yolk is practically used as the egg white also for conferring transparency to medicinal potions. The yolk from an egg laid in full moon time removes the dirtiness of a cloth, but if it has been laid in another time it cannot do this. Some people say that the reason of this lies in the fact that the central fattened drop in the yolk (so reports the printed text, perhaps it stands for bloody) which grows up at the beginning of the conception, then is producing a warmth which penetrates and dissolves the stains thanks to the big amount of moon light which budes the dampness, a thing which it cannot do in another period of time, Albertus.

¶ The feathers of the hens are put in the pillows, Pier de' Crescenzi\*.

¶ In the month of May we will curdle the cheese using pure milk, with rennet\* of lamb or of kid, or with that membrane usually sticking to the stomach of the chicks (that is, of the chickens) - the coilin\* membrane of the gizzard or muscular stomach, Palladius\*.

¶ We have to watch out that the hen doesn't slip in the mangers of the oxen. In fact what is expelled, mixed to the forage, causes the death to the oxen, Columella\*.

¶ Avienus\*, translator into Latin of the *Phenomena* of Aratus of Solis\*, puts among the premonitory signs of the rain when the little hen is cleaning up the breast with the bent beak. If the hens shake themselves more than usual in the sand, or quite a lot of them sets apart together in one place, and when starting to rain they look for a sheltered place where to be able to protect themselves from the rain, this is a sign of a future big

<sup>852</sup> *Opus agriculturae* VI,9 - DE CASEO FACIENDO. Hoc mense caseum coagulabimus sincero lacte coagulis vel agni vel haedi vel pellicula, quae solet pullorum ventribus adhaerere, vel agrestis cardui floribus vel lacte ficulno, cui serum debet omne deduci, ut et ponderibus urgeatur.

<sup>853</sup> *De re rustica* VI,5,1: Nullo autem tempore et minime aestate utile est boves in cursum concitari; nam ea res aut cit alvum, aut movet febrem. Cavendum quoque est, ne ad praesepia sus aut gallina perrepat. Nam hoc quod decidit, immistum pabulo, bubus affert necem; et id praecipue, quod egerit sus aegra, pestilentiam facere valet.

F.

**DE OVORUM APPARATU AD CIBUM,  
ET SALUBRITATE,**

Tractatio septem partium.

- Pars 1. De ovorum diversis nominibus secundum cocturae differentiam.
- 2 De ovorum salubritate simpliciter.
- 3 De eadem pro diversa cocturae ratione.
- 4 Electio ad cibum.
- 5 De vitello et albumine seorsim quod ad salubritatem, etc.
- 6 Apparatus diversi.
- 7 Primo ne an ultimo loco mensae sumenda.

De ipsius gallinae in cibo usu, satis dictum est supra in Gallo F. hic de ovis tantum agemus, quae etsi ex aliis etiam nonnullis avibus in cibum veniant, de gallinaceis tamen maxime et praecipue quaecumque hic adferemus accipi debent.

¶ Febrientibus magis conveniunt gallinae castratae, Savonarola<sup>854</sup>.

¶ Ova diversis modis coqui et ad cibum parari solent, aut simpliciter: aut cum aliis mista, sive praecipuo ipsa loco, sive condimenti duntaxat. Par est autem ut de iis quae parantur simpliciter primo dicatur. Coquantur autem haec vel in aqua, vel sub cineribus calidis, vel in sartagine. Et quanquam quovis horum modo magis minusve liquida et dura fiant pro coctionis modo, de iis tamen quae in aqua elixantur maxime sentiunt authores cum sorbilia, mollia durave aut similibus ova nominibus appellant. licebit autem horum proportione comparationeque de iis etiam quae alio coquendi modo magis minusve cocta fuerint, quid sentiendum sit iudicare.

¶ Pars 1. De ovorum diversis nominibus secundum cocturae differentiam. Sorbilia, Graece ῥοφητὰ, ova dicuntur, quae dum coquantur exalfiunt (incalescunt) tantum, Galenus lib. 3. de alimentorum facult. Et in libro de alimentis boni et mali succi, sorbilia prodesse scribit gutturi exasperato, si modus in coctione adhibeatur, ita ut liquidum (albumen) adhuc coactumque non sit. Brasavolus etiam

F.

**ABOUT THE PREPARATION AND SALUBRIOUSNESS  
AS FOOD OF THE EGGS,**

List of the seven sections.

- Section 1 - The different denominations of the eggs according to the different manner of cooking.
- 2 - Only about the salubriousness of the eggs.
- 3 - About the salubriousness of the eggs according to the different way of cooking.
- 4 - Choice as food.
- 5 - The salubriousness of yolk and albumen separately analyzed, etc.
- 6 - Different ways of preparation.
- 7 - If they must be eaten firstly or lastly.

About the use of the hen as food I said enough previously in the chapter of the rooster at the paragraph F. In this paragraph we will only speak of the eggs, which, in spite of being considered as food also those of many other birds, nevertheless whatever thing I will report in this paragraph has to be intended as referred above all and mainly to those of hen.

¶ For those people having fever are more proper the castrated hens\*, Michele Savonarola\*.

¶ It is custom to cook the eggs and to prepare them as food in several ways, or alone, or mixing them with other ingredients, either as principal course or only as side dish. It is the same thing if we firstly speak of those prepared in a simple way. These are cooked or in water, or under hot ashes, or in frying pan. And although in any of the aforesaid ways they become more or less liquid or hard according to how much they are cooked, nevertheless the authors express a very positive opinion for those cooked in water, and they call the eggs or as to be sipped, or soft, or hard or with equivalent names. But making analogies and comparisons, a judgment can be expressed on what we have to think also about those more or less cooked, by using another way of cooking them.

¶ SECTION 1 - THE DIFFERENT DENOMINATIONS OF THE EGGS ACCORDING TO THE DIFFERENT WAY OF COOKING. They are said to be sipped, *rhophētā* in Greek, those eggs which during the cooking only get warm, Galen\* book III of *De alimentorum facultatibus*. And in the treatise *De probis pravisque alimentorum succis* he writes that those to be sipped are effective in case of irritated throat if during the cooking we do so that (the egg white) is still liquid and not hard-boiled. Also Antonio

<sup>854</sup> *Practica medicinae sive de aegritudinibus* (1497) TRACTATUS II, CAP. I, RUBRICA I: Infertur tertio quod febrientibus competunt magis gallinae iuvenes castratae. Nec miretur quisque de castratura gallinarum: nam satis habeo in domo. Et sine dubio caro earum est albior, et mollior, et frangibilior: et statim cum sunt decoctae sunt tenerae et esui delectabilissimae: remque istam ut expertam scribo. - *Practica canonica* (1560) DE FEBRIBUS, CAP. IV, DE DIAETA FEBRIUM IN UNIVERSALI, RUBRICA II DE CIBIS TEMPERATIS: Pullus moderate pinguis, qui non coire coeperit. Capones & caponissae moderate pingues.

adhuc coactumque non sit. Brasavolus etiam sorbilia interpretatur, quae vix densari coepere coctura, his (inquit) non utimur, nisi cum ova sunt recentissima, ut naturalem gallinae calorem adhuc servant. Tragus haec Germanice interpretatur ganz laurer gesotten oder gebzaten. Sed elixa in aqua apud autores sorbilia vocantur, potius quam aliter parata. videnturque etiam ea potius intelligi quae e testis suis sorbentur, non autem e testis evacuata. etsi quod consistentiae modum attinet idem fere in utrisque forsitan observari posset.

Ova quae coquuntur in aqua, quandoque absque testa, quandoque cum testa imponuntur, et ἐξάφητα a Graecis dicuntur, Brasavolus in Aphorismos<sup>855</sup>. Hermolaus in Corollario exapheta eadem facit quae pnicta. Ego apud Graecos scriptores veteres reperiri hoc nomen non puto, Lexicorum quidem scriptores qui vocabula vel Graece vel Latine exposuerunt, non ponunt. Videntur autem mihi ἐξάφητά (syll. ultima acuta) ova appellari, quae e testis suis effusa coquuntur integra, sive in aquam calidam, ut sorbilia vel mollia coquenda, sive aliter ut pnicta, ut quidam putant. Nam si non integra, sed fracta mistaque liquoribus addendis coquuntur pnicta, (ut mihi quidem videtur, et explicabo inferius,) non putarim exapheta vocanda: Quod ad vocabuli originem certi nihil habeo. His scriptis locum Symeonis Sethi inveni, quem aliis errandi occasionem dedisse video. sunt autem verba haec, ἐπαινοῦνται δὲ τὰ πνικτὰ ὡσπερ γε καὶ τὰ ὀνομαζόμενα ἐξεφετά (Gyraldus legit ἔξεφθα, quasi ἔξω τοῦ ἰδίου κελύφους ἐψόμενα insinuans. sed hoc nomen apud alios autores non extat. malim ego ἐξαφετά legere, hoc est emissa et effusa, a verbo ἀφήμι. talia autem vocabula non usitata veteribus Graecis, nec analogice composita non pauca recentiores habent a vulgo sumpta,) τὰ ἐπὶ θερμοῦ ὕδατος σκευαζόμενα, hoc est, laudantur quae pnicτὰ dicuntur, et exaphetá, quae in aqua calida coquuntur. quod autem intelligat de iis quae in aqua calidam e testa sua effunduntur, vel hinc patet, quoniam de aliis iam supra egerat, et quod haec ova ab aliis etiam, praecipue Arabibus, quos Symeon in multis sequi solet, probantur: et quod Galenus

Brasavola\* means as eggs to be sipped those which just started to become hard with cooking, and he says: we don't use them but when the eggs have been just laid, so that they still keep the natural warmth of the hen. Hieronymus Bock\* called Tragus translates them in German with *ganz laurer gesotten oder gebzaten*. But by the authors those cooked in water are said to be sipped rather than those prepared in another way. And it also seems that with this name are meant those directly drunk through their shell, without making them to escape from the shell. Although, as far as the consistence's amount is concerning, perhaps in both cases we can remark that it is almost alike.

Page 435

The eggs cooked in water, sometimes are put there without shell, sometimes with the shell, and by Greeks are told *exáphēta*, Antonio Brasavola\* *In Hippocratis aphorismos commentarii* of Galen\*. Ermolao Barbaro\* in *Corollarium ad Dioscoridem\** says that the *exáphēta* and the *pniktà* are the same. I don't believe that among the ancient Greek writers we succeed in finding this word, since the lexicographers who quoted either Greek or Latin words don't mention it. Really it seems to me that are said *exaphētá* (with the acute accent on the last syllable) those eggs which after having made them to escape from their shell are whole cooked, both in hot water, as those cooked for being sipped, or soft, either in different way as the *pniktà*, as some think. In fact if the *pniktà* are cooked not whole, but dissolved and mixed with the liquids which have to be added (as it seems to me, and which I will explain more later), I would be of the opinion that they must not be called *exaphētá*. As far as the etymology of the word is concerned, I have nothing of certain. Among these writings I have found a passage of Simeon Sethi\* which I think supplied others with the occasion to be wrong. In fact these words: *epainoúntai δὲ τὰ πνικτὰ ὡσπερ γε καὶ τὰ ὀνομαζόμενα exephetá* - those smothered are appreciated as those said *exephetá* (Giglio Gregorio Giraldi\* reads *éxephtba*, almost insinuating that *éxo τοῦ ἰδίου κελύφους hepsómēna* - cooked outside of their own shell. But this word doesn't exist among other authors. I would prefer to read *exaphetá*, that is made to go out and dispersed, from the verb *aphiēmi* - I make to go out. In fact such words are not used by ancient Greeks, and more recent ones have composed a lot of them by analogy inferring them from common speaking) they mean *τὰ ἐπὶ θερμοῦ ἕδατος σκευαζόμενα*, that is, those said *pniktà* and *exaphetá* are praised, cooked in hot water. But that it want to point out those made to go out of their shell into the hot water is clear also from this phrase, since he already disserted about the others previously, and since these

<sup>855</sup> Probabilmente si tratta del *In Hippocratis aphorismos commentarii* di Galeno contenuto in *Galenii Omnia quae extant opera in Latinum sermonem conversa* curato da Brasavola.

quoque eorum meminit post pñictà, periphrastice nominans τὰ ἐπιχέόμενα ἄνωθεν ταῖς λοπάσιν, hoc est patellis (calidam scilicet continentibus) infundi solita, infundi autem nisi fracta testa non possunt.

Symeon autem cum caetera ex Galeno (lib. 3. de alim. cap. de ovis) mutuatus sit, hanc etiam partem non omissam ab eo esse credendum est. Nostri haec vocant in wasser gefelt/in wasser geflagen; et vel per se edenda, aegris praesertim afferre solent, vel coctis panis segmentis imposita. In his parandis (inquit Galenus) similiter ut in pñictis curandum est, ne supra mediocrem consistentiam incrassentur: sed cum adhuc succum suum retinent, vas ab igne submovendum. Symeon Sethi etiam ἀγοκούλικά ova nominat, quam vocem Gyraldus interpres relinquit, ea forte fuerint quae non ut exapheta extra testa, sive parum sive multum coquantur. Graecus quidem Symeonis textus corruptus videtur: nam post nominata simpliciter sorbilia, mollia, et dura, mox subiicitur: καὶ κοινῶς δὲ τούτων τὰ ἀγοκούλικά, nulla idonea constructione. Graeci quidem hodie vulgo ova vocant ἀγά<sup>856</sup>. culica testas intelligo. nam et culleolam<sup>857</sup> et guliocam (ut Calepinus scribit) nucis iuglandis summum et viride putamen dici inuenio.

¶ Ad mediocrem usque consistentiam cocta τρομητά, id est tremula nuncupantur, Galenus et Symeon Sethi. Quod Dioscorides ἀπαλόν, id est tenerum ovum dixit, nos ex Celso molle vertimus, Marcellus {Vergilius} <Virgilius>. Τρομητά, tremula interpretantur nonnulli, ut sint eadem cum iis quae liquida seu mollia, vel hapala etiam dicuntur. tamquam hoc nomine dicuntur Neapolitanis, quae sine testa enascuntur, Caelius. Tenerum, sive liquidum, sive (ut Cornelius) molle, ἀπαλόν Graeci vocant, quod recentiores elixum et semicoctum interpretantur, Hermolaus. Et rursus, Sunt et quae τρομητά, hoc est tremula dicantur. sed haec alii aliter cognominant. et quantum conijcio, tenera et tremula sint eadem. Ego liquida, non ut Caelius et Hermolaus tremula aut mollia dixerim, sed potius sorbilia, quae

eggs are appreciated also by others, above all by Arabs, whom Simeon Sethi usually follows in many points: and since also Galen mentions them after the pñictà, quoting by a periphrasis τὰ ἐπιχέόμενα ἄνωθεν ταῖς λοπάσιν, that is, those usually emptied in frying pans (which obviously contain hot water), in fact they cannot be poured there but after the shell has been broken.

But since Simeon Sethi deduced other things from Galen (III book, chapter on the eggs, of *De alimentorum facultatibus*), we have to believe that by him neither this part has been omitted. Our fellow citizens call these eggs *in wasser gefelt/in wasser geflagen*; and they usually give them to eat above all to sick persons either alone or putting them on cooked slices of bread. In preparing them (Galen says) we have to watch out, as for the smothered ones, that they don't harden too much: but when they still have their liquid we have to remove the pot from the fire. Simeon Sethi also quotes the eggs *augokoúlíka*, a word which the translator Giglio Gregorio Giraldo omits, and perhaps they were those which unlike the *exaphetá* are cooked both few and a lot without the shell. Really the Greek text of Simeon Sethi seems corrupt: in fact after those to be sipped, those soft and those hard have been mentioned, soon after is added: *καὶ κοινῶς δὲ τούτων τὰ ἀγοκούλικά* - and usually of those the *augokoúlíka*, without any appropriate construction. Today the Greeks usually call the eggs *augá*. For *culica* I mean the shells. In fact I find written that the most external and green wrap of the walnut is said *culleola* and *gulioica* (as Ambrogio Calepino\* writes).

¶ Those cooked until to reach a middling consistence are told *trometà*, that is trembling, Galen and Simeon Sethi. What Dioscorides called *hapalón*, that is tender, basing ourselves on Celsus\* we translate with soft, Marcello Virgilio Adriani\*. Some people believe that the *trometà*, the trembling ones, are nothing but the liquid or soft ones, also said *hapalá*. More or less with this name are called by Neapolitans those laid without shell, Lodovico Ricchieri\*. The Greeks call *hapalón* that which is tender, or liquid, or soft (as Cornelius Celsus says), which the more recent authors translate with boiled and half cooked, Ermolao Barbaro. And still: There are also those called *trometà*, that is, trembling. But others call them with other terms. And as far as I can infer, they are the same thing of those tender and trembling. I would term the liquid ones not as tender and trembling like Celsus and Ermolao, but rather as eggs to be sipped, since being still completely liquid they can be entirely drunk. In those soft it is custom to dip the

<sup>856</sup> L'etimologia di ἀγά e dell'equivalente ἄβγό è la seguente: τὰ ὠά > ταυά > τ'αγά / τ'άβγά che sono ovviamente il plurale di uovo. La forma attualmente in uso è ἀγά, mentre è passata in secondo piano la forma dimotikí ἄβγό.

<sup>857</sup> Culeus, culleus e culleum indicano un sacco di cuoio per liquidi, nonché il culleo\*, il sacco in cui venivano rinchiusi i parricidi e fatti annegare.

cum tota adhuc liquida sint, tota etiam exorberi possint. mollibus panis intingi solet, dura manduntur dentibus.

Sorbile, ῥοφητόν, ovum vocat Dioscor. quod in coctura concepto tantum calore vix densari incoeperit, et liquidum adhuc caleat potius quam coctum sit. Tenerum deinde sive molle, quod ulteriore coctura, densatum quidem, non tamen duratum penitus fuerit, Marcellus {Vergilius} <Virgilius>. Hapalà, id est tenella vel liquida dicuntur ova cocta, ut albumen in coagulati lactis speciem veniat, recentes semicocta interpretantur et elixa, sed an bene, iudicium ferre nolo. sunt autem forte illa quae a Celso capite secundo lib. 2. mollia dicuntur<sup>858</sup>. Quod si adhuc magis coquantur, ut ad mediocrem usque consistentiam veniant, et ita fiant, ut cum e putamine educuntur, tremere videantur, τρομητά, id est tremula dicuntur. Sunt qui velint haec illa esse quae Celsus mollia vocavit. Sed et tremula, et mollia et sorbilia, ac si idem sint accipimus, nec ullam differentiam quae digna notatu sit, facimus, quamvis Galenus sentiat tremula omnium optime nutrire: sorbilia minus, sed expeditius descendere, Brasavolus. Tragus ova mollia vel tremula, interpretatur Germanice totterweiche eyer.

¶ Ἐφθά et ἐψηθέντα absolute Galeno et Symeoni Sethi dicuntur, non simpliciter elixa, sed ad duritatem aliquam: Ovum σκληρόν, hoc est durum, quod ita sit coctum ut indurescat, videtur autem idem ἐφθόν, Hermolaus. Ἐφθά vocant perfecte cocta, quae vulgo ova apta ut ex pane comedantur, nuncupamus, at si adhuc magis coquantur, dura (σκληρά) fiunt. Galenus tamen hephthà et dura pro iisdem sumere videtur, Brasavolus. Durum sive igne duratum ovum, quod extrema coctura ad eam duritiam pervenerint, ut commanducari et teri dentibus opus sit, Marcellus {Vergilius} <Virgilius>. Nostri huiusmodi ova testis suis exuunt, et in partes aliquot secant, ut alternis vitelli ac albuminis segmentis lances acetariorum coronent. Eisdem etiam partes, seorsim utrasque minutim dissectas, duobus in lance intervallis distinguunt, et tertium addunt de carne infumata rubente, donec alternis lanx repleatur, quam sacro die pascali qui ecclesiae Romanae ritus sequuntur, in templum sacerdoti consecrandum afferunt.

bread, those hard-boiled are chewed with the teeth.

Dioscorides calls egg to be sipped, *rhophētón*, that which during the cooking, having absorbed only some heat, just begun to solidify, and the liquid is still warm instead of cooked. Then he calls tender or soft that which by a further cooking has thickened but not hardened completely, Marcello Virgilio Adriani. *Hapalà* are said, that is a little bit tender or liquid, the eggs cooked in such a way that the albumen shows itself as a coagulated milk, the recent authors translate with half-cooked and boiled, but I don't want to express a judgment if they do this in a correct way. Really perhaps the *hapalà* are those said soft by Celsus in the II chapter of the II book of *De medicina*. Since if they are cooked a little bit more so to reach a middling consistence, so that when are made to go out of the shell they seem to tremble, they are said *tromētá*, that is, trembling. Some people would be in the opinion that these eggs are those called soft by Celsus. But I think that either the trembling ones or those soft or those to be sipped are the same thing, and I feel that there is no difference worthy of note, even if Galen is in the opinion that those trembling nourish better than any: those to be sipped nourish less, but they go down more quickly along the digestive apparatus, Antonio Brasavola. Hieronymus Bock\* said Tragus translates in German the soft or trembling eggs with *totterweiche eyer*.

¶ If they acquired a little bit of consistence, by Galen and Simeon Sethi are said in no uncertain terms *hephthá* and *hepsithénta* - boiled - and not simply cooked. The egg *sklērón*, that is hard, since it is cooked in such a way to become hard, seems to be the same thing as *hephthón*, Ermolao Barbaro. They call *hephthá* those perfectly cooked, which we usually label as eggs proper to be eaten with bread, but if they were further cooked they become hard (*sklērà*). Nevertheless Galen seems to mean as equivalent the boiled ones - *hephthà* - and those hard-boiled, Antonio Brasavola. Is said hard or hard-boiled by fire that egg which by an extreme cooking reached such a point of hardness to have to be chewed and fragmented with teeth, Marcello Virgilio Adriani. Ours strip such eggs from their shells and cut them in a certain number of pieces so to decorate the dishes of salad seasoned with vinegar by fragments of yolk and albumen alternatively placed. And still these fragments, both finely chopped in a separate way, they alternatively place them in the dish and add a third element represented by bloody smoked meat until the dish doesn't come alternatively filled, and in the sacred day of Easter the followers of the rites of the Church of Rome bring it in the church to the priest to be

<sup>858</sup> *De medicina* II,18,10: Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbibile inbecillissimae. (Loeb Classical Library, 1935) - Questo è l'unico riferimento che mi è stato possibile reperire.

¶ Assa vel tosta, ὀπτά ἢ ὀπτῆθέντα, quae in cineribus coquuntur, vel assantur, Galeno et aliis. Tostum ovum dissilit facile, non dissilit aqua concoctum, (ut in C. explicatum est) quamobrem perfundi prius frigida solent ova, Caelius.

¶ De Graeco penu est Babylonios venatibus assuetos, [436] ubi in solitudine deprehenderentur, nec cibaria percoquendi esset occasio, cruda ova fundae imposita, vertigine assidua tandiu rotare consuevisse, donec coquerentur, Caelius.

¶ Postremo τηγανιστὰ dicuntur ova in sartagine spissata, oleo scilicet vel butyro fricta. nam teanon Graecis patellam vel sartagine significat. nostri vulgo ova in butyro nominant, eyer in ancken. His vesci solent, praecipue in ientaculo, ebriosis etiam aliqui in comessatione, Tragus. Alhagie ex vitellis ovorum est cibus, factus in sartagine ex ovis conquassatis, quem Veneti fritaleam appellant, Andreas Bellunensis.

¶ Ova quae pnicta<sup>859</sup>, id est suffocata appellant, elixis (hephthis, id est duris) et assis sunt meliora. parantur autem ad hunc modum. ubi ipsa oleo et garo et pauco vini conspersa fuerint, vas, quo continentur, cacabo aquam calidam habenti indunt. deinde ubi ipsum totum superne obturarint, ignem substruunt, quoad ova mediocrem habeant consistentiam. Quae enim supra modum fiunt crassa, elixis et assis sunt similia. quae vero ad mediocrem crassitiem pervenerunt, et melius quam dura concoquuntur, et alimentum corpori dant praestantius, Galenus lib.3. de alim. facult. ut quidam transtulit. sed verbum Graecum ἀναδέυσαντες, quo Galenus et Aegineta utuntur, non conspergere, sed subigere et permiscere significat: quod miror nec Hermolaum, nec alios (quod sciam) praeter Cornarium animadvertisse. is enim in annotationibus suis in Galeni libros de compos. medic. sec. locos, haec Aeginetae verba super his ovis, ἀναδέυθεντα ὠμά μετὰ γάρου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου, καὶ ἐν διπλόμασι συμμετρῶς πηγνύμενα: sic vertit, Cruda cum garo vinoque ac oleo subacta, (Albanus irrigata vertit, et diplomata inepte

Rome bring it in the church to the priest to be consecrated.

¶ Roasted or toasted, ὀπτά ἢ ὀπτῆθέντα, those cooked or roasted in ash, Galen and others. The roasted egg easily breaks, doesn't break that cooked in water (as is explained in the paragraph C), therefore usually the eggs are first of all dipped in cold water Lodovico Ricchieri.

Page 436

¶ From the Greek provisioning it results that those usually hunting Babylonians, when were in desert places and didn't have the possibility to cook the foods, after put the raw eggs on a sling they were usual to rotate them for a so long time until were cooked, Lodovico Ricchieri\*.

¶ Finally are said τηγανιστὰ the eggs hardened in frying pan, obviously fried with oil or butter. In fact for Greeks τηγανον means saucepan or frying pan. Ours commonly call them eggs in butter, *Eyer in Ancken*. They are usual to eat them above all at breakfast, some drunkards also during debauches, Hieronymus Bock\* said Tragus. The *alhagie\** is a food gotten by egg yolks and prepared in frying pan with beaten eggs, which Venetians call omelette, Andrea Alpagio\*.

¶ The eggs they call pnicta - cooked in a well closed pot, that is, smothered, are better than the boiled ones (*hephthis*, that is hard) and than the roasted ones. They are prepared as follows. After they have been sprinkled with oil, sauce of fish and little wine, they introduce the vessel in which are contained in a copper pot with warm water inside. Then after having completely closed it in the upper part they put fire under it until the eggs reached a moderate consistence. In fact those hardening over a certain degree are similar to the boiled and roasted ones. But those which reached a middling consistence are digested even better than those hard-boiled and supply the body with a better nourishment, Galen\* in the III book of *De alimentorum facultatibus*, as someone translated. But the Greek verb *anadeúsantes*, used by Galen and Paul of Aegina\*, doesn't mean to sprinkle, but to dip and to mix: I marvel that neither Ermolao Barbaro\* nor others (as far as I am aware) realized this, except Janus Cornarius\*. He in fact in his annotations about the books of Galen's *De compositione medicamentorum secundum locos*, the following words of Paul of Aegina regarding these eggs *anadeúthenta omá metá gárou kai oínou kai elaíou, kai en díplómasi summétrōs pēgnúmena* he translates in this way: *Raw beaten with sauce of fish and with wine and oil* (Alban Thorer\* translates with watered, and the *diplomata* - pots with double receptacles for hair maria\* - foolishly translates them with bronze

<sup>859</sup> L'aggettivo greco *pniktós* significa soffocato, strangolato, cotto in vaso ben chiuso, stufato.

vasa aenea testaceave) in duplici vase coquantur donec mediocriter condensentur.

Galenus lib. 11. de simplic. medic. de ovis agens, utiliter ovum crudum ambustis imponi scribit, sive albumen tantum imponas lana molli exceptum: sive ovum totum una cum vitello conquassatum, ἀναδεύσας. Ἀναδεύειν, φυρᾶν, μαλάττειν, Hesychius. Δεύειν, βρέχειν, Varinus: id est irrigare, madefacere. Videtur autem verbum compositum ἀναδεύειν, permixtionem quae per totum fiat, praesertim in humido vel liquido, (quasi ἄνω καὶ κάτω καὶ διὰ παντός γιγνομένην) significare. hanc enim vim praepositio ἀνά in compositione quandoque habet, ut in verbis ἀναφυρᾶν, ἀναμιγνύναι, ἀνακινεῖν, ἀναθολοῦν. nam et extra compositionem ultro citroque significat, ut ἀνά τόπον, ἀνά στρατόν. itaque ova cum oleo et vino ἀναδεδευμένα, permixta et agitata vertere licebit: ita ut tale fere hoc ferculum fuisse videatur, (sed densius tamen) quale apud nos ius est cui vulgo a vino calido nomen. neque enim ova integra permanent, sed franguntur agitanturque. Hermolaus primum non recte exaphetὰ et pnicτὰ confundit. deinde pnicτὰ interpretatur, quae in aquam calidam mittuntur immergunturque cum garo, etc. hoc quoque perperam, ut ex Galeni et Aeginetae verbis iam recitatis facile percipitur.

Pnicτὰ Galenus vocat quod praefocari videantur dum certo genere coquantur, etc. Caelius: qui nec ipse verbi ἀναδεύειν vim animadvertit. Pnicτὸν vocant etiam quoddam obsonandae carnis genus. quod equidem reor haud multum distare ab eo quod ἀνάβραστον appellant, Hermolaus.

Nos huiusmodi genus cocturae appellamus verdempffen, quoniam vase operto et incluso intus vapore veluti suffocari videatur quod intus coquitur. unde etiam ova pnicτὰ non inepte puto Germanice dixeris verdempffte eyer. Ad ova pnicτὰ coquenda Galenus oleo utitur, nos butyro, Brasavolus. Suspicio autem edulium non aliud ab ipso intelligi, quam in quo ova integra relinquuntur. audio enim in Italia ova parari, ita ut eis in vas purum stanneum plerunque evacuatis, superinfundatur parum aceti, vini, et olei aut butyri, ut ova integantur. coquantur autem donec album densari supra vitellos et albescere coeperit. Sed haec pnicτὰ Graecorum non esse

for bain-marie\* - foolishly translates them with bronze or terracotta pots) are cooked in a double pot until didn't harden a little bit.

Galen in XI book of *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus* when disserting about the eggs writes that it is useful to apply on burns both only the egg white placed on a cloth of soft wool and the whole egg beaten along with the yolk, *anadeúsas*. *Anadeúein*, *phurân*, *maláttein* - To dampen, to soak, to soften, Hesychius\*. *Deúein*, *bréchein*, Guarino\*: that is, to irrigate, to dampen. In fact the composed verb *anadeúein* - to dampen, to water - seems to mean a blending done on the whole, especially when a substance is damp or liquid (as if *áno kai káto kai dià pántos ghignoméne* - as if it were happening over and down and through the whole). In fact sometimes the preposition *aná* in a composed word has this meaning, as in the verbs *anaphurân* - to mix, *anamgnúnai* - to mix together, *anagineîn* - to shake, *anatholoûn* - to trouble. In fact also out of a composed word it means beyond and hence, as *aná τόπον* - everywhere, *aná στρατόν* - anywhere. Insofar the eggs *anadedeuména* with oil and wine will be allowed to translate them with *mixed and beaten*: so that it would seem that this course were practically equivalent (but nevertheless thicker) to a certain broth we have and which commonly receives the name from the warm wine. And in fact the eggs don't keep entire, but are scrambled and shaken. Ermolao in first place erroneously confuses the *exaphetá* and the *pnicτá*. Then he thinks that the *pnicτá* are those put in warm water and dipped along with sauce of fish, etc. And also this in an incorrect way, as it can be easily inferred from the words of Galen and Paul of Aegina just quoted.

Galen calls them *pnicτá* since it seems that are suffocated when cooked in a certain way, etc., Lodovico Ricchieri: but not even he realizes the meaning of the verb *anadeúein*. They call *pnicτὸν* also a kind of meat course. Really I believe that it doesn't differ too much from that they call *anábraston* - boiled, Ermolao Barbaro.

We call this manner of cooking *verdempffen* since what is cooked inside of a covered pot, and with the vapor locked up inside, almost seems to be suffocated. Then I think that in German also the eggs *pnicτá* you could rightly call them as *verdempffte Eyer* - smothered eggs. To cook the smothered eggs Galen uses oil, we use butter, Antonio Brasavola\*. I have the suspicion that Brasavola wants to mean a course not different from that in which the eggs are left entire. In fact I hear that in Italy they are prepared in such a way that, after having mostly emptied them in a clean tin container, is poured on a little bit of vinegar, wine, oil or butter so that the eggs become covered. And they cook them until the white hardened over the yolks and started to become white. But it is clear from the aforesaid things that these eggs

ex praedictis patet.

¶ Pars II. De ovorum salubritate simpliciter. Cibos quot modis iuvent ova, notum est. Nullus est alius cibus qui in aegritudine alit neque oneret, simulque vim potus (quidam legunt vini usum) et cibi habeat, Plin. Recentia alimentum sunt sanguini proximum, R. Moses. Temperamentum ovi (Galenus hoc non de ovo, sed de albumine scribit. albumen quidem mole sua vitellum in ovo superat, ut totum ovum corporis temperati respectu frigidius existimari possit, etsi Aggregator<sup>860</sup> absolute calidum faciat) frigidius est corpore temperato. refrigerat enim temperate, et sine morsu desiccatur, Serapio. Temperata sunt ova: sed albumen ad frigiditatem declinat, vitellus ad caliditatem. utraque humida sunt, praecipue tamen albumen, Avicenna.

¶ Ova, ut autor est Galenus, alimentum humens conferunt, In libro de ptisana. Multum nutriunt, Methodi 8. Victum plenum faciunt, In Aphorismos. Velociter nutriunt propter suae substantiae subtilitatem. Ova cum materia et nutrimentum omnium avium existant, necesse est ut validissimi et multi sint nutrimenti. totum enim assimilatur sanguini, etc. Isaac. Aliquando vim carnis retinent, ut scribit Rasis. Nutriunt secundum omnes sui partes, praesertim vitellos, ita ut ex eis nulla fere pars excrementitia sit, Nic. Massa. Ova, praesertim vitelli, valde corroborant cor. sunt enim naturae temperatae, et cito in sanguinem vertuntur, et parum superflui relinquunt: et sanguinem generant subtilem et clarum: hoc est conforme sanguini quo nutritur cor, Avicenna in libro de medicinis cordialibus. commendat autem ova ex gallina, perdice, phasiano, starna. Ova temperata dicuntur, albumine scilicet et vitello simul sumptis: quorum alioqui alterum per se ad calidum, alterum ad frigidum inclinatur, Nic. Massa. Ova humectant et hecticis<sup>861</sup> conferunt, Ant. Gazius. Boni succi sunt, De euporistis. Crassi et boni succi, et humorum acrimoniam

don't correspond to the *pnictà* of Greeks.

¶ SECTION 2 - ONLY ABOUT THE SALUBRIOUSNESS OF THE EGGS. It is known in how many ways the eggs become useful for the foods. No other food is existing able to feed during an illness, and which doesn't make heavy, and at the same time is endowed with the energy of a drink (some instead of *vim* read *vini* - wines, wine's employment) and of a food. The fresh ones are a food approaching as characteristics to those of the blood, Rabbi Moses. The temperament of an egg (Galen writes what follows not about the egg, but the egg white. In fact in an egg the albumen overcomes as volume that of the yolk, so that the egg in its totality could be considered as more cold in comparison to a temperate body, although Symphorien Champier\* thinks it as quite warm) is more cold than a lukewarm body. In fact it refreshes fairly well and dries without giving pain, Serapion\*. The eggs are lukewarm: but the egg white tends to be cold, the yolk tends to be warm. Both are damp, nevertheless above all the egg white is so, Avicenna\*.

The eggs, as Galen writes, supply a damp food, in the treatise *De ptisana*. They nourish quite a lot, book VIII of *Methodus medendi*. They make complete a food, In *Hippocratis aphorismos commentarii*. They nourish quickly because of the delicacy of their composition. The eggs, since are representing the moulding substance and the nourishment of all bird's embryos, it is necessary that they have a very strong and abundant nourishing power. In fact the whole turns into blood, etc., Isaac Judaeus\*. Sometimes they have the energy of the meat, as Razi\* writes. They nourish with all their parts, above all the yolks, so that almost no part of them flows unused in the excrements, Nicola Massa\*. The eggs, mainly the yolks, strengthen quite a lot the heart. In fact they are of temperate nature, and quickly turn into blood, and leave a little residue: and give origin to a fluid and clear blood: this is proper for the blood by which the heart is fed, Avicenna in the treatise *De medicinis cordialibus*. He recommends the eggs of hen, partridge\*, pheasant\*, grey partridge\*. They are said temperate eggs when obviously the albumen and the yolk are taken together: on the other hand one of them tends for nature to the warmth, the other tends to the cold, Nicola Massa. The eggs hydrate and are good for those people having a continuous fever, Antonio Gazio\*. They have a dense and good composition, *Euporista* of Oribasius\*. They

<sup>860</sup> Potrebbe trattarsi del medico francese Symphorien Champier nato nel 1471 o 1472 e morto nel 1539 o 1540, quindi contemporaneo di Gessner, galenista convinto, che si autodefinì *aggregator*, raccogliitore. Tra i suoi numerosi scritti si può proprio annoverare il *Practica nova in medicina. Aggregatoris lugdunensis domini Simphoriani Champerii de omnibus morborum generibus: ex traditionibus grecorum, latinorum, arabum, penorum ac recentium auctorum: aurei libri quinque. Item ejusdem aggregatoris liber "De omnibus generibus februm"* (Venetiis: per heredum Octaviani Scoti ac sociorum, 1515).

<sup>861</sup> *Hectica* = febbre continua, dal greco *hektikós* = che ha un'abitudine, abituale, da cui *hektikòs pyretós* = febbre continua che porta alla consunzione.



infr{a}enant, De victu in morbis acutis<sup>862</sup>. Non dura bene parata et cocta, generant bonum humorem, medium inter crassum et tenuem, De dissolutione continui<sup>863</sup>.

have a dense and good composition and curb the harshness of the humours, in the treatise *De diaeta in morbis acutis secundum Hippocratem*. Not hard, well prepared and cooked they produce a good humor, fifty-fifty road among dense and fluid, *De dissolutione continua*.

Page 437

Ab [437] aliquibus difficulter coquunt, Libro I. de locis affectis. Ab ovorum uso multo seni cavendum, Libro 5. de sanit. tuenda. Languentibus dari consueverunt, De victu in morb. ac.<sup>864</sup> In febrī cum syncope ex tenuibus succis Galenus ova (ovorum vitellos) dedit ante quartum diem, et post ova etiam carnem, Methodi 12. Purgatis tuto exhibentur, In praesagio experim. confirm.<sup>865</sup> Haec omnia Galenus.

By some people they are digested with difficulty, book I of *De locis affectis*. An elderly person has to abstain from an excessive consumption of eggs, book V of *De sanitate tuenda*. Habit has been taken to give them to sick persons, *De diaeta in morbis acutis secundum Hippocratem*. In the fever joined with fainting due to little thick liquids, Galen\* has given eggs (yolks of egg) before four days had passed, and after the eggs also meat, book XII of *Methodus medendi*. They are given without problems to those people who have been purged, *Praesagatio omnino vera expertaque*. Galen says all these things.

¶ Cibi qui viscosum aliquid habent, ut ova, acrocolia<sup>866</sup>, cochleae, edacitatem prohibent, (περιγράφει τὴν πολλὴν βρωσίν,) quod diutius in ventriculo immorentur, et inhaerendo humores (alimentum, chylum<sup>867</sup>) secum detineant, Athenaeus<sup>868</sup>. Sunt bona, sed facile et subito tamen ova putrescunt, Sic nihil ex omni parte iuvare potest, Bapt. Fiera. De ovorum usu in tenui victu et quod aliquando

¶ The foods having a certain stickiness, as eggs, legs, snails, curb the greed (*perigráphēi tēn pollēn brōsīn*) since they remain for rather a long time in the stomach, and by sticking they retain with themselves the humors (the food, the chyme\*), Athenaeus\*. The eggs are good, but nevertheless they rot easily and quickly, so they cannot be good for anything under whichever point of view, Giovanni Battista Fiera\*. About the employment of the eggs in the light feeding and why sometimes they are

<sup>862</sup> Due possibilità: *De diaeta in morbis acutis secundum Hippocratem* oppure *In Hippocratis de acutorum victu commentarii IV*.

<sup>863</sup> Un titolo praticamente equivalente di un'opera di Galeno riferito da Smith - *Dictionary of Greek and Roman Biography and Mythology* v. 2, page 213 - è il *De dissolutione continua, sive De alimentorum facultatibus*.

<sup>864</sup> Due possibilità: *De diaeta in morbis acutis secundum Hippocratem* oppure *In Hippocratis de acutorum victu commentarii IV*.

<sup>865</sup> Un trattato con questo titolo non è reperibile neppure nell'*Index Galenicus - auf der Grundlage des elektronischen Textes im Thesaurus Linguae Graecae (TLG) bearbeitet von Jost Gippert - dove vengono riportate due opere che contengono praesag...: De praesagitione ex pulsibus libri IV* e *Praesagatio omnino vera expertaque*. - Lo stesso titolo usato da Gessner era verosimilmente noto anche a Gerolamo Cardano\* che nel *De apoplexia* scrive: Videndus est Galenus de Praesagio, &c. ubi loquitur de hectica pestilentiali, scilicet ea quae imbibita est in substantia cordis.

<sup>866</sup> Hadrianus Junius\* - Adriaen de Jonghe - apre il capitolo XI DE CIBIS del suo *Nomenclator octilinguis: omnium rerum propria nomina continens*, proprio con ACROCOLIA anseris, trunculi Celso. {ἀκροκόλια} <ἀκροκόλια> χηνός. *Extremitates membrorum truncatae, quae inter ollicoqua exta elixari solent, piperato iusculo incocta*. Gansen gheroof, croost, afval, testament van de gans. § Quindi gli akrokólia possono essere o le zampe d'oca oppure i trunculi suum - gli zampini di maiale - di Celso, di cui parla nel libro II,20-22 del *De medicina*: [20] Boni suci sunt triticum, siligo, halica, oryza, amulum, tragum, tisana, lac, caseus mollis, omnis venatio, omnes aves, quae ex media materia sunt, ex maioribus quoque eae, quas supra nominavi; medii inter teneros duosque pisces, ut mullus, ut lupus; verna lactuca, urtica, malva, cucumis, cucurbita, ovum sorbibile, portulaca, cocleae, palmulae; ex pomis quodcumque neque acerbum neque acidum est; vinum dulce vel lene, passum, defrutum; oleae, quae ex his duobus in altero utro servatae sunt; vulvae, rostra, trunculique suum, omnis pinguis caro, omnis glutinosa, omne iecur. [21] Mali vero suci sunt milium, panicium, hordeum, legumina; caro domestica permacra omnisque caro salsa, omne salsamentum, garum, vetus caseus; siser, radícula, rapa, napi, bulbi; brassica magisque etiam cyma eius, asparagus, beta, cucumis, porrus, eruca, nasturcium, thymum, nepeta, satureia, hysopum, ruta, anetum, feniculum, cuminum, anesum, lapatium, sinapi, alium, cepe; lienes, renes, intestina; pomum quodcumque acidum vel acerbum est; acetum, omnia acria, acida, acerba, oleum; pisces quoque saxatiles, omnesque, qui ex tenerrimo genere sunt, aut qui rursus nimium duri virosique sunt, ut fere quos stagna, lacus limosique rivi ferunt, quique in nimiam magnitudinem excesserunt [22] Lenes autem sunt sorbitio, pullicula, laganus, amyllum, tisana, pinguis caro et quaecumque glutinosa est; quod fere quidem in omni domestica fit, praecipue tamen in unguis trunculisque suum, in petiolis capitulisque haedorum et vitulorum et agnorum, omnibusque cerebellis; item qui proprie bulbi nominantur, lac, defrutum, passum, nuclei pinei. Acria sunt omnia nimis austera, omnia acida, omnia salsa, et mel quidem, quo melius est, eo magis. Item alium, cepa, eruca, ruta, nasturcium, cucumis, beta, brassica, asparagus, sinapi, radícula, intubus, ocimum, lactuca, maximaque holerum pars.

<sup>867</sup> I due sostantivi greci *chylós* e *chymós* sono sinonimi e significano succo, derivati ambedue dal verbo *chéo*, versare, spandere.

<sup>868</sup> *Deipnosophistai* II,67,64 e-f. § Gessner omette le cipolle. Magari nella traduzione o nel testo greco a sua disposizione non erano presenti. Sta di fatto che nelle edizioni e nelle traduzioni a nostra disposizione la sequenza dei cibi che frenano l'ingordigia è la seguente: uova, cipolle, zampe, lumache - ὀψών, βολβών, ἀκροκωλίων, κοχλιών.

ovorum usu in tenui victu et quod aliquando prohibeantur non quia calidiora sint, sed quia plenius nutriant, pulchre disserit Aloisius Mundella dialogo secundo Medicinalium.

¶ Pars III. De ovorum salubritate pro diversa cocturae ratione. Coctura ovorum quae in aqua fit, melior est caeteris: et quae in calidis cineribus, melior quam quae in sartagine, nempe si eiusdem generis semper inter se conferas, dura duris, mollia mollibus. nam mollia in cineribus, duris in aqua coctis praefere oportet, Brasavolus. Ovum molliculum plus alit sorbili, et durum plus molli, Dioscor. Quantum sane ovo cocturae accesserit, tanto τροφιμότερον fiet, hoc est tantum in nutriendo virium illi accrescet, Marcellus {Vergilius} <Virgilius>. ¶ Ovum sorbile cibus est levissimus, Galenus de dynamidiis<sup>869</sup>. Boni succi est, non calefacit, vires potest reficere acervatim, antiquitus sumebatur cum garo, lenit gutturis asperitates, Galenus in libris de compos. sec. locos. et alibi. Ovum sorbile boni succi est, pituitam crassiorem facit, imbecillissimae materiae est (id est minimum alit. ut durum valentissimae) ovum molle vel sorbile: eadem minime inflant, Celsus<sup>870</sup>. Ut sapidiora sint et citius e ventriculo descendant, modicum quid salis addendum est, Nic. Massa.

Multos vidi qui ex sorbilibus ovis molliorem ventrem habuere: et nonnullos qui uno etiam exhausto, quinquies vel sexies deiicerent, Brasavolus. Ova mollia omnium praestantissima sunt ad nutriendum. sorbilia minus nutriunt, sed facilius subducuntur, et gutturis leniunt asperitates, Galenus et Symeon Sethi. Salubris est usus ovorum recentium fractorum (effusorum) in aquam (bullientem) et mollium, Elluchasem, Arnoldus de Villanova, et Symeon Sethi. Ova elixa in aqua cum testis suis, peiora sunt quam fracta in aqua. quia crassos et fumosos halitus testa cohibet. unde ex frequente eorum esu inflatio oritur, et stomachi ventrisque gravatio, Isaac.

prohibited not because they are warmer, but because they nourish excessively, Luigi Mondella\* has disserted in an outstanding way in the second of ten *Dialogi Medicinales*.

¶ SECTION 3 - ON THE SALUBRIOUSNESS OF THE EGGS DEPENDING ON THE DIFFERENT WAY OF COOKING. The cooking of the eggs occurring in water is better than others: and that done in hot ashes is better than that in frying pan, provided that you make a comparison within those of the same kind, the hard with the hard ones, the soft with the soft ones. In fact the soft ones cooked in ashes are to be preferred to those hard-cooked in water, Antonio Brasavola\*. A coddled egg\* nourishes more than one *à la coque* - or soft-boiled - and a hard one more than a soft one, Dioscorides\*. As much the egg increases when cooking, so much it will become *trophimáteron*, that is, so much it will increase in nourishing power, Marcello Virgilio Adriani\*. ¶ The egg *à la coque* is a very light food, Galen in *De alimentorum facultatibus*. It is endowed with good taste, doesn't warm, can completely restore the energies, in past times it was taken with sauce of fish, it assuages the irritation of the throat, Galen in *De compositione medicamentorum secundum locos* and in other treatises. The egg to be sipped has a good taste, makes the catarrh fatter, the soft egg or to be sipped is made up by material entirely deprived of energies (that is, it nourishes very little; while the hard one is made up by very energetic material): the soft eggs or to be sipped practically don't give swelling of belly, Celsus\*. In order that they are tastier and go down more quickly beyond the stomach we have to add very little salt, Nicola Massa\*.

I have seen quite a lot people that after the eggs *à la coque* showed a looser bowel: and some who had discharges for five or six times after drunk even only one, Antonio Brasavola. The coddled eggs are the best of all from a nutrient point of view. Those *à la coque* nourish less, but are digested more easily and give relief to irritations of the throat, Galen and Symeon Sethi\*. The employment of fresh eggs broken (poured) in water (hot boiling water) and of the coddled ones turns out to be beneficial, Elimithar Elluchasem\*, Arnaldus from Villanova\* and Symeon Sethi. The eggs cooked in water with their shell are worse than those broken in water. Since the shell keeps the thick and smoky exhalations. Then from the fact of frequently feeding on them an abdominal swelling and a weight of

<sup>869</sup> Il *De dynamidiis*, suddiviso in due libri, è attribuito a Galeno ma a quanto pare non era farina del suo sacco. Del primo libro si possiede solo un frammento. Completo è il secondo libro, ma è un *Liber magna ex parte ex Aetio desumptus, erroribus tamen plurimis scatens*. - Il titolo proviene dal greco *dynamis*, forza, e infatti in apertura del primo libro si legge: *Verum haec est virtutis demonstratio omnium medicamentorum, quae ad artis medicae scientiam pertinet*.

<sup>870</sup> *De medicina* II,18,10: Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbile imbecillissimae. - II,26,2: Minima inflatio fit ex venatione, aucupio, piscibus, pomis, oleis, conchyliisve, ovis vel mollibus vel sorbilibus, vino vetere. (Loeb Classical Library, 1935)

Et rursus, Ova in aqua fracta meliora sunt elixis in testa, quia calor aquae temperate penetrat, et crassas ovi partes subtiliat, et gravitatem odoris aufert. Et alibi, Ova in aqua sine testa cocta, naturalem suam humiditatem servant, et sui odoris gravitatem exuunt. Sed aliqui magis appetunt in testa sua cocta quam effusa, ex quorum numero se etiam fuisse scribit Ant. Gazius. Vitanda sunt ova cocta in ventribus gallinarum, et involuta (nescio quid sibi velit haec vox) et frixa, Arnoldus de Villanova.

Crassi succi sunt ova, quae vel elixa vel tosta, penitus densata sint. frixa etiam mali succi, fumosaeque in stomacho cocturae sunt, secum etiam admistos cibos corrumpentis. quapropter inter deterrimas earum rerum habentur, quae concoqui nequeunt. Mediocriter vero cocta, quae ideo tremula appellantur, ad concoctionem, digestionem, nutritionem, bonique succi generationem praestantiora, Galenus in libro de cibis boni et mali succi. Ova non obdurata multum alunt, Psellus. Molle ovum stomacho aptum est, Celsus.<sup>871</sup> Ova dura (ἐφθά καὶ ὀπτά, id est dura tum elixa tum assa) et ad coquendum sunt difficilia, et tardi transitus, (descensus,) crassiusque alimentum corpori tribuunt, Galenus et Symeon. Tarde et paulatim nutriunt, Galenus. Valentissimae materiae sunt, (id est plurimum alunt si concoquantur,) Celsus<sup>872</sup>. Crassum et viscosum alimentum praebent, R. Moses. Ova obdurata, assa et frixa, difficulter concoquuntur, Psellus. Duris in aqua coctis peiora habentur quae sub cineribus calidis induruerint. nam si quid habent humidi exiccatum est. et rursus his quoque peiora, quae in sartagine cocta induruere, Brasavolus. Ova dura vel fastidium movent, vel non cito descendunt, Elluchasem. Ova in aqua durata sunt fugienda in epilepsia, Galenus de puero epilept.

Monachus quidam Franciscanus cum in festo {paschatis} <Paschatis> collecta a se ova ad duritiem cocta, alba ac rubra (albumina et vitellos: solent enim eo tempore incisae minutatim utraeque hae partes in patinis digeri)<sup>873</sup> ad saturitatem edisset, astricto ventre

stomach and bowel spring from them, Isaac Judaeus\*. And still: the eggs broken in water are better than those boiled with the shell, since the heat of the water penetrates with a moderator effect and makes fluid the thick parts, and eliminates the heaviness of the smell. And in another point: the eggs cooked in water without shell preserve their natural damp and strip themselves of their heavy smell. But some prefer them cooked in their shell rather than poured in water, and Antonio Gazio\* writes to have belonged to this group of persons. The eggs cooked in the belly of the hens are to be avoided, and wound (I don't know what means this word) and fried, Arnaldus from Villanova.

They have a heavy taste those eggs which. boiled or roasted, barely thickened. Also those fried have a bad taste, and being full of smokes, at stomach's level are of difficult digestion, which deteriorates also the intermingled foods. Insofar they are regarded as worse among the things we cannot succeed in digesting. But those slightly cooked, which therefore are said trembling, are better from a digestive, peptic, nourishing point of view and in order to produce good blood, Galen in the treatise *De probis pravisque alimentorum succis*. The not hard-boiled eggs nourish quite a lot, Michael Psellos\*. The coddled egg is proper for the stomach, Celsus. The hard eggs (*hephthá kai optá*, that is hard, both boiled and roasted) are difficult to be digested and slow to run (to go down), and supply the body with a rather thick food, Galen and Simeon Sethi. They nourish with delay and slowly, Galen. They are composed by very energetic material (that is, they nourish a lot if they are digested), Celsus. They provide a thick and viscous food, Rabbi Moses\*. Hard-boiled, roasted and fried eggs are digested with difficulty, Michael Psellos. Those hardened under hot ashes are regarded worse than those cooked in water. In fact if they have some damp, this dried up. And still: they are also worse than these eggs those which, cooked in frying pan, then hardened, Antonio Brasavola. Hard eggs either provoke nausea, or don't quickly go down along the digestive apparatus, Ellimithar Elluchasem. The eggs hardened in water are to be avoided in case of epilepsy, Galen in *Pro puero epileptico consilium*.

A Franciscan monk, after on the occasion of Easter's festivity ate to satiety the eggs he picked up and which had been hard-cooked, whites and red (the egg whites and the yolks: in fact in that period is usual to arrange in the dishes both these parts cut up into small pieces), since his bowel constipated so that it was not

<sup>871</sup> *De medicina* II,24,2: Stomacho autem aptissima sunt, [...] molle ovum, palmulae, nuclei pinei, oleae albae ex dura muria, eadem aceto intinctae, vel nigrae, [...].

<sup>872</sup> *De medicina* II,18,10: Tum res eadem magis alit iurulenta quam assa, magis assa quam elixa. Ovum durum valentissimae materiae est, molle vel sorbibile inbecillissimae.

<sup>873</sup> Anche stavolta è colpa di una virgola. Si tratta della virgola posta dopo *cocta*, con successiva trasformazione di due aggettivi in due sostantivi neutri: *alba* e *rubra*. Aldrovandi - il cui testo è strutturato diversamente - non dà questa interpretazione personale di

ut neque clysteribus neque medicamentis cederet, obiit, Brasavolus.

Duris <Dura> in aqua coctis <cocta> tardius permeant: et crassioris sunt succi quae calidis cineribus assantur, (nimium assantur, Symeon. ὑπεροπταθέντα,) Galenus. Ova assata sub cinere, ab igne calorem suscipiunt, ut fumosum quoque et gravem odorem. itaque magis siccant minusque refrigerant quam elixa in aqua. Isaac. Ova cum duobus modis assentur, inter carbones et in cinere, Isaac ea quae in cinere assantur deteriora esse scribit. quoniam cum calor foci circumeat ipsa, fumosos eorum halitus extre [extra] prohibet: quod super carbones non fit, Ant. Gazius. In sartagine vero cocta, (spissata,) pessimum habent omnibus modis alimentum. nam interim dum concoquantur in nidorem (ructus fumosos) vertuntur: et non modo crassum succum, sed etiam pravum gignunt atque excrementitium, Galenus et Sethi. Et alibi Galenus, Ova frixa tarde descendunt, mali succi sunt, et corrumpunt etiam secum admixtos cibos, et inter deterrima earum rerum habentur quae concoqui nequeunt. Mox in nidorem et cholericos humores ac putredinem vertuntur. quare sunt causa fastidii et nauseae, Isaac.

¶ Ova pnicata elixis (duris in aqua coctis) et assis sunt meliora, Galenus: ut supra recitatum est. Videntur quidem pnicata tanquam in diplomate cocta, cum sapidiora esse, idque condimentorum quoque ratione, tum magis [438] lenire ac mitigare, quam quae in vase statim igni imposito parantur, quae facilius empyreuma<sup>874</sup> aliquod trahunt.

responding neither to clysters nor drugs, he died, Antonio Brasavola.

Those hard cooked in water cross the intestinal wall with a greater slowness: and those roasted in hot ashes (excessively roasted, Simeon Sethi; *hyperoptathénta*) are of thicker structure Galen. The eggs roasted under the ash receive heat from the fire, as well as smoky and heavy smell. Insofar they dehydrate more and refresh less than those cooked in water, Isaac Judaeus. Since the eggs are roasted in two ways, in the middle of the carbons and in ash, Isaac writes that those roasted in ash are worse. Since, being that the heat of the fire surrounds them entirely, it prevents their smoky vapors to escape: a thing which doesn't happen on carbons, Antonio Gazio. But those cooked (hardened) in frying pan have a nutrient power which is the worse in comparison with all other manners. In fact sometimes while are digested they turn into stench (belches scenting of smoke): and not only they make a thick blood, but also bad and fecaloid, Galen and Sethi. And in another passage Galen says: The fried eggs go down with slowness along the digestive apparatus, they have a bad taste and also adulterate the intermingled foods, and are regarded as the worse among the things we don't succeed in digesting. They immediately turn into stench and exhalations scenting of bile and become rot: insofar they give rise to inappetence and nausea Isaac Judaeus.

¶ The drowned eggs are better than the hard-cooked (hard cooked in water) and roasted ones, Galen, as I told previously. Really the drowned ones seem cooked like in bain-marie\*, and being tastier, and this also because of the seasonings, they have a greater lenitive and refreshing power than those prepared in a vase suddenly put on the fire, which more easily bring along some residual.

Page 438

¶ Pars III. De electione ovorum ad cibum.

¶ SECTION 4 - CHOICE OF THE EGGS AS FOOD. We

---

Gessner, lasciando così intendere che il monaco aveva mangiato uova sode il cui guscio - abitualmente bianco - veniva dipinto di rosso in occasione della Pasqua secondo un'usanza che potrebbe risalire a Maria Maddalena, come mi fu precisato dalla Dsa Irina Moiseyeva: "L'usanza di presentare uova rosse riguarda Maria Maddalena. Dopo l'ascensione di Cristo visitò Roma e presentò un uovo rosso all'imperatore Tiberio con queste parole: «Cristo ha una resurrezione». Un uovo è un simbolo di vita e il suo colore rosso è un simbolo del sangue di Cristo (Enciclopedia della Bibbia, 1991)." - Il testo di Aldrovandi suona così: Dura ad coquendum sunt difficilia, tarde descendunt, crassiusque alimentum corpori tribuunt, quinimo et [301] viscosum: alvum constipant, adeo ut Brasavolus referat, monachum quendam Franciscanum, cum in festo Paschatis collecta a se eiusmodi ova alba, et rubra ad saturitatem edisset, astricto ventre, ut neque clysteribus, neque medicamentis cederet, obiisse. Nostri eiusmodi ova testis suis exuunt, et in partes aliquot secant, ut alterius vitelli, ac albuminis segmentis lances acetariorum coronent. Idem Germanos tam superiores, quam inferiores facitare audio. - Sia a causa della virgola incriminata che della sostantivizzazione dei due aggettivi il testo di Gessner è solo lievemente diverso da quello di Aldrovandi, ma possono essere effettivamente interpretati in modo del tutto differente. L'ideale sarebbe disporre del testo di Brasavola, ma sarebbe disumano leggerne tutte le opere alla ricerca di questo breve passo. § Ma Elio Corti - che, strano a dirsi, stavolta crede di più ad Aldrovandi - il 29 novembre 2007, essendo forse masochista, ha voluto frustrarsi attraverso una ricerca infruttuosa del monaco francescano nelle seguenti opere messe a disposizione nel web da Gallica: *Examen omnium simplicium medicamentorum* (1537) - *Examen omnium catapotiorum, vel pilularum* (1556) - *Aphorismorum Hippocratis sectiones septem...De ratione victus* (1543) - *Examen omnium electuariorum, pulverum, et confectionum catharticatorum* (1548) - *Examen omnium syruporum, quorum publicus usus est* (1545) - *Examen omnium trochiscorum, unguentorum, ceratorum, emplastrorum* (1560). § Per cui il problema della virgola dopo *cocta* - collecta a se ova ad duritiem cocta, alba ac rubra - rimane *per ora* insoluto.

<sup>874</sup> Il sostantivo greco neutro *empyreuma* significa carbone acceso nascosto sotto la cenere, scintilla, residuo.

Ova gallinarum prae caeteris eligimus. non opus est autem aliorum quoque ovorum facultates enumerare, quod natura eorum cum gallinaceis conveniat, Serapio. Gallinarum ac phasianorum ova praestantiora sunt, deteriora vero anserum ac struthocamelorum, Galenus. Inter ova principatum tenent pavonina, deinde vulpanseris, tertio gallinarum, Epaeetus et Heraclides Syracusanus apud Athenaeum<sup>875</sup>. Secundum a gallinaceis locum merentur ova avium, quae cursu gallinae procedunt, (quae affinitatem cum gallinis habent,) ut sunt altedarigi et alduragi<sup>876</sup>, et alchabegi, et altheiugi, Avicenna. Gallinae et perdicis ova laudantur prae caeteris ceu magis temperata, deinde anatis, (forte, anseris,) quamvis malum reddant nutrimentum. Alia vero ova, ut parvarum avium aut magnarum, comedenda non sunt nisi medicinae causa, Rasis.

Ova gallinarum omnibus praeferunt, maxime si ex gallo conceperint. nam zephyria minus sapiunt, Platina. Ova subventanea minora sunt, et minus iucundi saporis (utpote minus concocta<sup>877</sup>) et magis humida quam ea quae foecunda gignuntur, Aristot.<sup>878</sup> et Plinius<sup>879</sup>. Ova recentia veteribus plurimum praestant. quippe optima sunt recentissima, vetustissima autem pessima quae vero in horum medio sunt, proportione recessus ab extremis, bonitate aut pravitate inter se differunt, Galenus lib. 3. de alim. et alibi, et Serapio. ova recentia, plena sunt: vetustiora ut plurimum circa partem latiore inania. Sunt quae dum aperiuntur vel refringuntur, diffluant, vitello praesertim: quod signum est vetustatis. Quod si vitellus ovo aperto integer manserit, et medio eius gutta rubicunda et veluti sanguinea apparuerit, (ex qua corda pullorum initio constitui solent,) signum est ova esse ad cibum adhuc laudabilia, Tragus.

prefer the eggs of hen in comparison with others. Really it is not necessary to list the properties also of the other eggs, since their composition coincides with those of hen, Serapion\*. The eggs of hen and pheasant\* are the best, those of goose and ostrich are the worse, Galen\*. Among the eggs the record is held by those of peacock, then by those of shelduck\*, in third place by those of hen, Epaeetus and Heraclides of Syracuse\* in Athenaeus\*. After those of hen the second place are deserving the eggs of birds which when racing pass in front of a hen (which have affinity with the hens), as the *altdarigi* and the *alduragi* - francolins\*, and the *alchabegi*, and the *altheiugi*, Avicenna\*. The eggs of hen and partridge\* are praised in comparison with others since are of more balanced composition, then those of duck (perhaps of goose), although supplying a bad food. But the other eggs as those of little or big birds, are not to be eaten but for therapeutic reasons, Razi\*.

They prefer the eggs of hen to all others, above all if they conceived them thanks to the rooster. In fact the *zephyrian* eggs - the sterile ones - are less tasty, Platina\*. The eggs *full of wind* - the sterile ones - are smaller and of less pleasant taste (since less warmed) as well as more damp than those laid after have been fertilized, Aristotle\* and Pliny\*. The fresh eggs are far better than the old ones. Without doubt are excellent those just laid, those too much old are very bad, and those midway, according to the gap between the two ends, differ within them for tastiness or bad taste, Galen in III book of *De alimentorum facultatibus* and in other treatises, as well as Serapion. The fresh eggs are full: as many they are old so many they are empty at the blunt edge. There are some eggs spreading when opened or broken, above all with regard to the yolk: this is a sign of old age. But if, once the egg is opened, the yolk remains intact, and at its center is visible a red and bloody drop (from which are accustomed to take origin the hearts of the chicks), this is a sign that the eggs are still reliable as food, Hieronymus Bock\* said Tragus.

<sup>875</sup> *Deipnosophistai* II,50,58b - Ἐπαίνετος δὲ καὶ Ἡρακλείδης ὁ Συρακούσιος ἐν Ὀψαρτυτικῷ τῶν ᾠῶν φασι προτεῦειν τὰ τῶν ταῶν μεθ'ἂ εἶναι τὰ χηναλωπέκεια· τρίτα καταλέγοντες τὰ ὀρνίθεια.

<sup>876</sup> A pagina 390, grazie ad Andrea Alpagò\*, viene riportato il significato di alduragi, il francolino: Inter aves melior est caro alduragi, (id est francolini, Bellunensis) et gallinarum est subtilior ea. et non sunt cum nutrimento carnis alchabugi, et altaiaigi et altedarigi, Avicenna. - Come si può notare, sempre a pagina 390 alchabegi suona alchabugi e altedarigi suona altaiaigi. - Una bella bagarre!

<sup>877</sup> Cioè sottoposto a riscaldamento, a incubazione, covato sì da farlo maturare. - Si tratta di un termine molto usato da Aristotele.

<sup>878</sup> *Historia animalium* VI,2, 559b 5-9: Le uova che alcuni chiamano *kynosoura* o «sterili» compaiono più spesso d'estate. Certi poi chiamano le uova sterili «zefirine», perché è in primavera che le femmine degli uccelli recepiscono i venti tiepidi; si ha lo stesso effetto anche quando le si palpa con la mano in un certo modo. (traduzione di Mario Vegetti) - *De generatione animalium* III,1, 749a 34-749b 7: Negli uccelli si formano anche prodotti spontanei, che sono chiamati da alcuni «ventosi» e «di zefiro». Essi si hanno negli uccelli che non volano e non hanno le unghie ricurve, ma sono prolifici, perché sono dovuti all'abbondanza del residuo (negli uccelli dalle unghie ricurve invece siffatta secrezione è volta alle ali e alle piume, e il loro corpo è piccolo, asciutto e caldo) e perché la secrezione mestruale e lo sperma sono un residuo. (traduzione di Diego Lanza)

<sup>879</sup> *Naturalis historia* X,166: Inrita ova, quae hypenemia diximus, aut mutua feminae inter se libidinis imaginatione concipiunt aut pulvere, nec columbae tantum, sed et gallinae, perdices, pavones, anseres, chenalopeces. Sunt autem sterilia et minora ac minus iucundi saporis et magis umida. Quidam et vento putant ea generari, qua de causa etiam zephyria appellant. Urina autem vere tantum fiunt incubatione derelicta, quae alii cynosura dixerunt.

Sapidiora sunt ova quae ex gallinis pinguibus, non macilentis, sunt nata: et ex depastis triticum, hordeum, milium, panicum, potius quam herbas, Platina. Ex ovis recentibus si quae in vitelli superficie venulas rubicundas habuerint, in cibo laudari audio. Ova oblonga a quibusdam mascula censerit, et salubriora sapidioraque rotundis, ab aliis vero rotunda haberi mascula, recitatum est supra in C. Arabes praeferunt oblonga, parva, tenuia, ut Tragus citat. Idem ova recentia in plenilunio exclusa, tanquam praestantiora, cum ad cibum ceu durabiliora, tum ut gallinis supponantur, colligi iubet. De ovis praecipue vitellus probatur Avicennae, et ova ipsa potius simpliciter parata, quam aliis admista, ut quidam citant. Magis nutriunt et subtiliora sunt ova, quae duos vitellos habent, Elluchasem.

¶ Omnia ova, praecipue passerum, Venerem promovent, Avicenna. Gallinae et perdicis ova genituram augent, et ad coitum stimulant, Rasis. Bulbi, cochleae, ova, et similia, semen augere videntur, non (tollenda videtur negatio<sup>880</sup>) eo quod habeant naturae suae principium cognatum, (ὁμοειδές) et facultates easdem semini, Heraclides apud Athenaeum. apud quem<sup>881</sup> Alexis poeta quoque ova inter cibos Venerem incitantes numerat. Ova promovent coitum, et maxime cum cepis et rapis, R. Moses. ¶ Avicenna in libro de viribus cordis<sup>882</sup>, ovis quoque cor roborandi potentiam adscribit. Galenus quidem ovum sorbibile vires defectas acervatim (ἀθρόως) restaurare scribit: et in febris cum syncope ex tenuibus succis ova (ovorum vitellos) ante quartum diem exhibuit,

The eggs laid by fat hens are tastier, not by gaunt hens: as well as by those which ate wheat\*, barley\*, millet\*, foxtail millet\*, rather than grasses, Platina. If among fresh eggs there are some having little red veins at the yolk's surface, I hear that they are praised as food. The sharp eggs by some people are regarded as giving birth to males\* and healthier as well as tastier than the round ones, by others on the contrary are regarded as masculine the round ones: I told this previously in the paragraph C. The Arabs prefer those oblong, small, thin, as Hieronymus Bock reports. He still advises to pick up the recent eggs laid during the full moon, being better, and that they are used as food since they keep fitting for a longer time, and that they are placed under the hens in order to be brooded. In Avicenna apropos of the eggs the yolk is praised above all, and it is preferable that the eggs are prepared in a simple way rather than mixed with other ingredients, as some are quoting. The eggs having two yolks nourish more and are more refined, Elluchasem Elimithar\*.

¶ All the eggs, especially those of sparrows, are aphrodisiac, Avicenna. The eggs of hen and partridge increase the production of sperm and rouse the coition, Razi. It seems that onions\*, snails, eggs and similar things increase the production of sperm, not (it seems that the negation has to be removed) since they would have the composition of their nature which is similar (*homoeidés*) to the sperm and its same faculties, Heraclides the Tarentine\* in Athenaeus. Still in Athenaeus also the poet Alexis\* lists the eggs among the aphrodisiac foods. The eggs stimulate the coition, and above all with onions and turnips, Rabbi Moses\*. ¶ Avicenna in the book *De medicinis cordialibus* attributes also to the eggs the power of strengthening the heart. And Galen writes that the egg *à la coque* completely (*athróōs*) restores the exhausted energies: and in the fever joined with faint due to little dense liquids, before four

<sup>880</sup> Verosimilmente le edizioni dei *Deipnosophistai* erano e sono alquanto divergenti. Infatti quella a disposizione di Gessner a proposito di questa frase doveva essere monca (cioè mancare di οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι), così come diversa doveva essere l'edizione greca tradotta in inglese da C. D. Yonge (1854). § Il testo di Eraclide di Taranto è contenuto in *Deipnosophistai* II,65,64a-b: Ἡρακλείδης ὁ Ταραντῖνος ἐν Συμποσίῳ ' βολβὸς καὶ κοχλίας καὶ ὠὼν καὶ τὰ ὅμοια δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικά, οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις αὐτὰς τὰς δυνάμεις τῷ σπέρματι. ' (*Deipnosophistarum libri XV* - vol I - recensuit Georgius Kaibel - Teubner, Stuttgart, 1985). § Traduzione di C. D. Yonge: Heraclides the Tarentine, in his Banquet, says "The onion, and the snail, and the egg, and similar things, appear to be productive of seed; not because they are very nutritious, but because their original natures are similar, and because their powers resemble that." § Quindi Yonge contraddice Gessner con il *not*, ma traduce σπέρματι con *that*.

<sup>881</sup> *Deipnosophistai* II,64,63e-f: Ἀλεξίς ἐμφανίζων τὴν τῶν βολβῶν πρὸς τὰ ἀφροδίσια δυνάμιν φησι | "πίννας, κάραβον, | βολβούς, κοχλίας, κήρυκας, ὦ', ἀκροκάλια, | τοσαῦτα· τούτων ἂν τις εὕρη φάρμακα | ἐρῶν ἐταίρας ἕτερα χρησιμώτερα . . ." - Traduzione di C. D. Yonge (1854): Alexis, while explaining the efficacy of onions in aphrodisiac matters, says - Pinnas, beetles, snails, muscles, eggs, calves'-feet | And many other philters, may be found | More useful still to one who loves his mistress.

<sup>882</sup> Sarei tentato - e cedo alla tentazione - di identificare questo *liber* con il *De medicinis cordialibus*, ma potrebbe anche trattarsi del titolo di un capitolo del *Liber canonis medicinae* o *Canon medicinae*.

Methodi 12.<sup>883</sup> Vitella, maxime sorbilia, corfovent ac membra nutriunt, Platina.

¶ Pars V. De albuminis e vitelli facultatibus alimentariis seorsim. Ova temperata sunt: sed albumen ad frigiditatem declinat, vitellus ad caliditatem: utrunque humidum est, praecipue albumen, Avicenna, et Isaac, quanquam Galenus Ovi crudi albumen (inquit) lana molli exceptum, vel totum ovum agitatum, utiliter imponitur ambustis, quae moderate refrigerat et sine morsu siccatur<sup>884</sup>. Sed dici potest, ovi tum album tum luteum, alimenti quidem ratione corpora nostra humectare: foris vero applicatum nonnihil siccare. Ovorum album aegre concoquitur, Galenus Methodi 12. Vitelli facilius coquuntur quam albumina, Idem ad Glauconem lib. I. Id cum fiat Aphrodisiensis inquirat problematum 2. 84. Vitellus (inquit) calidus, albumen humidum et frigidum est. Et rursus, Vitellus plus caloris quam siccitatis habet. Dandi sunt in syncope ex tenuibus humoris, Galenus Methodi 12. quod cum facillime concoquantur, subito et multum et probe alant, atque ita vires restaurent. Albumen frigidum est et viscosum, nec probum sanguinem generat, et aegre concoquitur: vitellus vero temperatus est, et caeteris albuminis vitiis caret, ut medici quidam referunt. De ovis sufficit vitellum sumpsisse ab autumni medio usque ad medium veris: reliquo tempore albumen etiam cum vitello sumere licebit, Arnoldus de Villanova. Vitella, maxime recentia et sorbilia, ex gallina, perdice, phasiano, corfovent ac membra nutriunt, in sanguinem enim purum convertuntur, quare qui inanitate laborant, hoc cibo, repurgato prius stomacho, quod facillime in alios humores convertitur, crebro in prima mensa utantur, Platina. Vitelli laudantur, maxime de gallinis iunioribus mares habentibus, Isaac.

¶ Pars VI. Apparatus diversi ex ovis. De diversis ovorum cocturis, in aqua, sub cinere, in sartagine, deque ovis pnicis, abunde iam explicatum nobis est Parte prima huius capituli. Ovum cum melle, vel garo, vel sale coctum, est compositum ex diversis facultatibus. Galenus de victus rat. in morb. ac. Commentario I.

days were elapsed he gave some eggs (yolks of egg), XII book of *Methodus medendi*. The yolks, above all to be sipped, warm the heart and nourish the limbs - or male members?, Platina.

¶ SECTION 5 - THE ALIMENTARY POWERS OF YOLK AND ALBUMEN SEPARATELY ANALYZED. The eggs have a balanced composition: but the albumen tends to the cold, the yolk to the warmth, and both are damp, above all the egg white, Avicenna and Isaac Judaeus\*, nevertheless Galen is saying: the egg white of a raw egg placed on a cloth of soft wool, or the whole beaten egg, is profitably applied on burns, and that it rather refreshes them and dry them without giving burning. But it can be said that both the white and the yellow of the egg even only as food dampen our body: in fact externally applied they don't dry up at all. The white of egg is badly digested, Galen in XII book of *Methodus medendi*. The yolks are digested with greater easiness in comparison with egg whites, still Galen in I book of *Ad Glauconem de medendi methodo*. Why this happens Alexander of Afrodisia\* is analysing in *Problemata* II,84 by saying: The yolk is warm, the albumen is damp and cold. And then: The yolk possesses more warmth than dryness. The yolks have to be given in case of collapse due to little thick liquids, Galen in XII book of *Methodus medendi*. Since, being digested with extreme easiness, they immediately nourish and quite a lot and in an excellent way, and in such a way they restore the energies. The albumen is cold and sticky, neither produces good blood, and is digested with difficulty: on the contrary the yolk has a balanced composition and doesn't possess the other negative characteristics of the albumen, as some physicians report. Of the eggs it is enough to have eaten the yolk from half autumn until half spring: in the remainder time it will be allowed to eat also the egg white together with the yolk, Arnaldo from Villanova\*. The yolks, above all fresh and *à la coque*, of hen, partridge and pheasant, warm the heart and nourish the limbs, in fact they are turned into pure blood, thence, the sick people have to use often at breakfast this food after having first polished up the stomach since this food with extreme facility is transformed into other humors, Platina. The yolks are praised, above all if they are of young hens having some males available, Isaac Judaeus.

¶ SECTION 6 - DIFFERENT WAYS OF PREPARING THE EGGS. In the first section of this chapter I have already supplied a lot of explanations about the different manners of cooking the eggs: in water, under the ash, in frying pan, as well as about the drowned eggs. The egg cooked with honey, or with sauce of fish, or with salt, is endowed with different properties, Galen in the first

<sup>883</sup> Già citato all'inizio di pagina 437.

<sup>884</sup> Già citato a pagina 436, tratto dall'XI libro del *De simplicium medicamentorum temperamentis et facultatibus*.

Candida si croceos circumfluit unda vitellos, |  
Hesperius scombri temperet ova liquor, id est  
garum, Martialis<sup>885</sup>. Ovis sorbilibus aut  
mollibus condimenti gratia quidam inspergunt  
cari semen, aliqui (pauci) aquilinae<sup>886</sup> semina,  
alii scobem nucis myristicae. sal quidem  
perpetuum est condimentum omnium.

commentary *In Hippocratis de victus ratione in morbis acutis*.  
If a candid wave flows around the saffron yolks, a  
western liquid has to season the eggs made with  
mackerel\*, that is the sauce of fish, Martial\*. As  
seasoning for *à la coque* or coddled eggs some people  
sprinkle seeds of German cumin\*, others (few of them)  
seeds of columbine - or aquilegia\*, other even grated  
nutmeg\*. And then, the salt is the universal seasoning  
for all the types of preparations.

Page 439

¶ Ova frixa, oenogarata, {obelixa}<sup>887</sup> <ova  
elixa> liquamine, etc. Apicius 7. 17.  
Hummelbergius sic legit. Ova frixa oenogaro  
(s<c>ilicet affuso inferuntur.) Ova elixa,  
liquamine, oleo, mero: vel ex liquamine,  
pipere, lasere. In ovis hapalis, nucleos  
infusos: suffundes mel, acetum: liquamine  
temperabis. Ova hapalà (inquit  
Hummelbergius) vocat Apicius tenera et mollia,  
quaeque sine cortice et putamine cocta sunt  
in aqua: qualia et stomachum confortant,  
authore Scribonio Largo Compositione  
medicinali 104. Sed Scribonius loco iam  
citato, simpliciter ova hapalà commendat, nec  
dicit ea sine putamine in aqua coqui: et  
Dioscorides<sup>888</sup> hapalòn ovum molle appellat,  
hoc est medium inter sorbile et durum, ut  
ipse interpretatur: et nos supra quoque ex  
aliorum sententia retulimus. Tyropatina<sup>889</sup>:  
Accipies lac, adversus quod patinam  
aestimabis: temperabis lac cum melle quasi ad  
lactantia, (id est lactaria, Hummelbergius) ova  
quinque ad sextarium mittis: sed ad heminam  
ova tria<.> in lacte dissolvis, ita ut unum  
corpus facias: in cumana colas, et igni lento  
coques: cum duxerit ad se, piper aspergis et  
inferes.

¶ The fried eggs seasoned with sauce of wine and fish,  
the eggs cooked with sauce of fish etc. of Apicius\*  
VII,17, Gabriel Hummelberg\* interprets them as  
follows. Fried eggs with sauce of wine and fish (that is,  
they are served after have been sprinkled with the  
sauce). Eggs cooked with sauce of fish, oil, pure wine:  
or seasoned with sauce of fish, pepper, silphium\*. In  
the coddled eggs\* with inside the yolks: you will  
sprinkle honey, vinegar: you will season with sauce of  
fish. Apicius calls *hapalà* (Hummelberg says) the tender  
and soft eggs and cooked in water without membranes  
and without shell: such eggs strengthen also the  
stomach, Scribonius Largus\* reports this in the  
paragraph 104 of *Compositiones medicamentorum*. But  
Scribonius in the just quoted passage simply  
recommends the coddled eggs, and he doesn't say that  
they must be cooked in water without shell: and  
Dioscorides\* calls *hapalòn* the soft egg, that is a  
halfway between that to be sipped and that hard-  
cooked, as Scribonius himself translates, and as also I  
reported previously according to the point of view of  
others. Tyropatina - Dish of Tyros\*. You will get some  
milk and you will consider the size of the dish  
according to it: you will mix the milk with honey up to  
reduce it almost a dairy (that is *lactaria*, Hummelberg),  
in a *sextarius* [500 ml] you put five eggs, but three in a  
*hemina* [250 ml]. Dissolve them in the milk in order to  
produce an unique mass: strain in a bowl of Cuma\*  
and you will simmer: when it will be hardened sprinkle  
pepper and you will serve.

<sup>885</sup> *Epigrammaton* liber XIII,XI., OVA.

<sup>886</sup> In base a Pierandrea Mattioli\* *Compendium de plantis omnibus* (1571, pagina 368) possiamo identificare questa pianta con l'aquilegia: Aquilina, sive aquilegia, Italis, [...].

<sup>887</sup> Da <http://www.fh-augsburg.de>: 1. Ova frixa: oenogarata. - 2. Ova elixa: liquamine, oleo, mero vel ex liquamine, pipere, lasere. - 3. In ovis hapalis: piper, ligusticum, nucleos infusos. suffundes mel, acetum, liquamine temperabis.

<sup>888</sup> II,44. § Jean Ruel\* - e di conseguenza Pierandrea Mattioli\* - traducono *hapalòn* con *molliculum*. Mattioli, nella sua edizione in italiano (1585), traduce *molliculum* con "molle & tenero".

<sup>889</sup> Apicio, *De re coquinaria* VII,11. DULCIA DOMESTICA ET MELCAE. - 7. Tyropatinam: accipies lac, adversus quod patinam aestimabis, temperabis lac cum melle quasi ad lactantia, ova quinque ad sextarium mittis, si ad heminam, ova tria. in lacte dissolvis ita ut unum corpus facias, in cumana colas et igni lento coques. cum duxerit ad se, piper adspargis et inferes. (da [www.fh-augsburg.de](http://www.fh-augsburg.de))



Ova spongia ex lacte<sup>890</sup>: Ova quatuor, lactis heminam, olei unciam, in se dissolvit, ita ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei modicum, facies ut bulliat, et adicies (oleo bullienti) impensam (mixturem iam dictam ex ovis, lacte et oleo) quam parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle perfundis: piper aspergis et inferes, Haec omnia Apicius. Humelbergius ova spongia interpretatur cibum qui ovorum formam prae se ferat, et spongiosum, id est ad modum spongiae rarum, tenerum et inflatum. Nostri hoc simile edulium vocant ein bratne milch: Graece Latineque oogala dici potest. quanquam Caelius, Pultem (inquit) ex ovis et lacte concinnatam oogala dicunt medicae rei studiosi. Laudatur hoc inter cibos dysentericorum ab Aetio, si bene memini.

Ova decoquuntur in aqua, vel iure carnis, integra, sine corticibus, quae sapida et optima sunt, praesertim si cum saccharo et cinnamomo condiantur. Sunt et qui in sartagine primo modo pauxilla ova primum pertractata, in aqua simplici, iuncto pauxillo saccharo vel aqua rosacea percoquunt, quae ego non vitupero. Fit etiam ex eis laudatissimum ferculum, si confusa in iure carniū comedantur, cum quibus conducit modicum aceti, vel succi uvae acerbae ponere. Ego tamen in senibus et convalescentibus vini aromatici aut Malvatici optimi portionem aliquam cum saccharo et cinnamomo libentissime porrigo. Utcunque parentur, semper portiunculam salis addere oportet, cum sic facilius et digerantur, et a stomacho etiam descendant, Nic. Massa in epistolis.

¶ Ex Platina. Ovorum albore utimur in condituris quorundam eduliorum ac bellariorum. Iusculum croceum e vitellis ovorum cum agresta, iure vituli aut capi, pauco croci, etc. describitur a Platina 6. 44. Fricella quomodo fiat ex albamento ovorum, polline et caseo recenti, leges apud eundem lib. 9. cap. 3.

¶ Quae sequuntur ab eodem authore omnia sunt, lib. 9. cap. 19. et deinceps prodita. De ovis agitatis et confractis: Ova cum modico aquae et lactis bene agitata, et confracta aut

Sponge milk eggs: You dissolve together four eggs, a *hemina* [250 ml] of milk, an ounce [27.28 g] of oil so to produce an unique mass: you will put in a thin frying pan a little bit of oil, you will do so that it fries and you will put (on the frying oil) the compound (the just said mixture of eggs, milk and oil) you have prepared. When the whole will be cooked from a side you will put it turned in a dish, you pour some honey, you sprinkle it of pepper and you will serve. Apicius tells all this. Gabriel Hummelberg means as sponge eggs a food which has to exhibit the shape of the eggs and a spongy consistence, that is, rarefied, soft and swollen like a sponge. Our fellow countrymen call a dish similar to this *ein bratne milch*: in Greek and in Latin can be said *oogala* - milk eggs, although Lodovico Ricchieri\* is saying: The scholars of medicine call *oogala* a mixture prepared with eggs and milk. This preparation is praised by Aetius of Amida\* among the foods for those people suffering of dysentery, if I well remember.

The eggs are cooked in water or in broth of meat, whole, without shell, and so prepared they are tasty and excellent, above all if seasoned with cane sugar and cinnamon\*. There are also some people who, after previously handled a little bit the eggs in frying pan according to the first manner, are well cooking them in simple water adding very little sugar or very little water of roses, and I don't despise them. By them can also be obtained a very appreciated course if they are eaten mixed in broth of meat, and it is useful to put together a little bit of vinegar or of juice of sour grape. Nevertheless in elderly and in convalescents people I add very gladly a portion of very good aromatized wine or of mallow\* wine. Anyway they are prepared, it is proper to add always a little bit of salt, since so they are digested more easily and also abandon the stomach, Nicola Massa\* in *Epistolae Medicinales et Philosophicae*.

¶ From Platina\*. We use the egg white to season some courses and desserts. A saffron colored little broth gotten from egg yolks with agresta - verjuice\*, broth of calf or of capon\*, etc. is described by Platina in VI,44. How a fritter is prepared with egg white, superfine flour and fresh cheese you can read still in Platina in the book IX I chapter 3.

¶ What follows is entirely drawn from the same author, book IX chapter 19, and is sequentially reported. BEATEN AN BROKEN EGGS: By an olives-squeezer or a spoon you will mix with shredded

<sup>890</sup> Apicio, *De re coquinaria* VII,11. DULCIA DOMESTICA ET MELCAE. - 8. Ova spongia ex lacte: ova quatuor, lactis heminam, olei unciam in se dissolvit, ita ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei modicum, facies ut bulliat, et adicies impensam quam parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle perfundis, piper adspargis et inferes. (da www.fh-augsburg.de)

tudicula aut cochleari, caseo trito commiscebis. Mixta, ex butyro vel oleo coques. Suaviora erunt, si et parum cocta, et dum coquuntur, nunquam voluta fuerint. Herbacei colores si voles, his betae ac petroselini plusculum, succi buglossi, menthae. amaraci, salviae parum addes. Aliter: Easdem herbas concisas, et frictas modicum in butyro aut oleo, superiori impensae admiscebis, ac coques. {Nutriunt haec, tarde concoquuntur, hepar iuvant, obstructions et calculum generant.} <Nutriunt haec: tarde concoquit{ur} epar, iuvant oppil{ationes} & calculum generant.><sup>891</sup> Ova frictellata: In patellam ferventem oleo aut butyro, ova recentia et integra, abiecto putamine, indes: lentoque igne decoques, oleo semper, praesertim cochleari aut tudicula suffundendo. Ubi alba esse coeperint, cocta scito. Durioris concoctionis propter fricturam haec putant medici.

Ova elixa: In ferventem aquam ova recentia, abiecto folliculo indes. concreta ubi erunt, statim eximes. tenella esse debent, ac saccharo, aqua rosacea, aromatibus dulcibus, agresta aut succo malarancij suffundes. Sunt qui et tritum caseum inspergant: quod nec mihi nec Phosphoro placet, qui tali edulio persaepe vescimur. sine caseo enim optimum ac suavissimum est. Aliter: Ova in lacte aut in vino dulci coques, eo modo quo ante. Verum de caseo nulla fiat mentio. plus alit hoc: etsi ad {phlegmonen} <phlegmonem> sanguinem ducit. Ova fricta: Ova recentia diu coquendo dura facies. ablatis deinde putaminibus, ova ipsa ita per medium scindes, ut nullibi albamentum comminuat. Exempta vitella, partim cum bono caseo tum veteri tum recenti, et uva passa contundes, partim reservabis ad pulmentum colorandum. Parum item petroselini, amaraci, menthae minutatim concisae, addes. Sunt qui et duos

cheese some eggs which have been well beaten and shattered together with a little bit of water and milk. After having mixed them you will cook with butter and oil. They will be more tasty both if little cooked and never stirred while cooking. If you want them grass colored you will add a fair amount of beet and parsley, a little bit of juice of bugloss\*, mint\*, sweet marjoram\*, sage\*. OTHER MANNER OF PREPARING THEM: You will mix the same herbs shredded and just fried in butter or in oil with the previous mixture and you will put for cooking. The eggs so prepared are nourishing: the liver has difficulty in digesting them, they are good for intestinal obstructions and are cause of calculi. EGGS PANCAKES- SHAPED. You will pour fresh and whole eggs in a hot frying pan with oil and butter after you removed the shell: and you will properly cook them on slow fire, sprinkling oil all the time above all with a spoon or with an olives-squeezer. When they will start to appear white, be aware that they are cooked. The physicians believe that they are of more difficult digestion since have been fried.

¶ The roasted yolk is mixed with a medicine for perianal diseases, as it can be inferred from Andromachus\* in Galen in the treatise *De compositione medicamentorum secundum locos*. The egg yolks, hardened on the fire, so to also help with the heat, are useful also in perianal diseases, Pliny. The egg yolk of hen makes regress the straight bowel (that is the anus) too much prominent if, cooked whole, is held there warm by the patient himself with tenacity, Marcellus Empiricus.

Page 448

The egg yolks are also useful in the pains of the neck together with fat of goose and oil of roses, and with oil of roses in the condylomata acuminata\* - either rooster's combs or genital warts. Likewise in the burns, hard cooked in water, and as soon as the shells have been disintegrated on embers, then the yolks are applied with oil of roses, Pliny\*. The yolk alone

<sup>972</sup> In greco non esiste un *katáplasma* da latinizzare in *cataplastum*, ma solo *katáplasma*, *kataplásmatos*, che dà il latino *cataplastibus*. Tuttavia alcuni autori hanno usato *cataplastis* per il dativo e l'ablativo plurale.

<sup>973</sup> L'aggettivo greco *parēgorikós* significa lenitivo.

<sup>974</sup> *De medicina* V,5: Purgant aerugo, auripigmentum, [...] sed ubique validior est, fel, vitellus crudus, cornu cervinum, [...] - V,11: Ad discutienda vero ea, quae in corporis parte aliqua coierunt, maxime possunt habrotonum, helenium, amaracus, alba viola, mel, liriium, [...] crudus vitellus, amarae nuce, sulphur.

<sup>975</sup> *Naturalis historia* XXIX,44: Ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle.

<sup>976</sup> *Naturalis historia* XXIX,45: Utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitii indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur.

<sup>977</sup> Marcello Empirico ha perfettamente ragione di chiamarlo *extalis* - intestino retto - in quanto nel prolasso anale ciò che fuoriesce è la porzione terminale del retto. L'ano infatti è solo un orifizio.

<sup>978</sup> *Naturalis historia* XXIX,45: Utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe, sedis etiam vitii indurata igni, ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo; item ambustis durata in aqua, mox in pruna putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur.

distillationibus [destillationibus], faucium {scabriciae} <scabritiae> {,}<. > privatim contra haemorrhoidum morsum illinitur, sorbeturque crudum, (Dioscorides hanc vim albumini tribuit.) Prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcerationibusque, et cruenta excreantibus, Idem<sup>979</sup>. Ova sorbilia prosunt tussi et pleuritidi, et phthisi, et raucedini vocis ex caliditate, et stricturae anhelitus, et sputo sanguinis, praesertim cum sorbetur vitellus eorum tepidus, Avicenna<sup>980</sup>. Et rursus, Vitellus confert ulceri renum et vesicae, praecipue si sorbeatur crudus, (hoc Platina de integro ovo scribit.) Vitelli ovorum crudi quinque cum vini tribus cyathis haemoptoicis prosunt, Constantinus et Aesculapius. Cum vini veteris aut mulsi cyathis tribus permixti, et calide per triduum poti, excreationes cruentas emendant, Marcellus.

Suggillata in oculis ovi vitellus impositus discutit: sunt qui mel misceant, Archigenes apud Galenum de compos. sec. loc. 5.1. Ovi assi vitellus miscetur cataplasmaticis ad oculos lippientes, inter Asclepiadis medicamenta in eodem opere 4.7. item ad fluxiones cohibendas. Agglutinatorium ad fluxionem oculorum, Ovi tenuis vitellum cum thure fronti imponito, (ὠοῦ λεπτοῦ λέκυθον, vide an legendum ὠοῦ λεπτόν [vel λευκόν] ἢ λέκυθον. nam et albumen et luteum ovi convenit.) Archigenes apud Galenum de compos. sec. loc. 4. 8. Ad haemalopes et hyposphagmata, id est cruentos et sugillatos oculos, statim a principio tum ad inflammationem tum ad dolorem compescendum prodest ovi assi luteum cum vino impositum, Ibidem. ¶ Vitellus apostemati calido in aure medetur, Avicenna.

swallowed liquid is also good for those people having cough, doing so that it is not touched by teeth, in the catarrhal states of chest, against the inflammation of fauces. Especially it is smeared against the pain provoked by haemorrhoids, and is drunk raw (Dioscorides\* ascribes this power to egg white). It also is good for kidneys, for vesical burnings and pains, and for those people spitting blood, still Pliny. The eggs to be sipped are useful in case of cough and pleurisy and consumption - by pulmonary tuberculosis - and hoarse voice due to the warmth as well as in case of difficult breath and haemoptysis - to spit blood, above all when the yolk is drunk lukewarm, Avicenna\*. And still: The yolk is good for ulcer of kidneys and urinary bladder, above all if drunk raw (Platina\* writes this about the whole egg). Five raw egg yolks with three cyathi [150 ml] of wine are good for spitting blood people, Constantinus Africanus\* and Aesculapius\*. Mixed with three cyathi of old wine or mead, and drunk warm for three days, make disappear the haemorrhagic expectorations, Marcellus Empiricus\*.

The egg yolk applied on eyes makes the bruises disappear: there are some people mixing honey, Archigenes\* in Galen\* in *De compositione medicamentorum secundum locos* book V,1. The yolk of roasted egg is mixed with cataplasms for rheumy eyes, among the remedies of Asclepiades\* in the same treatise, book IV,7; and the same is worth for stopping the lacrimation due to irritation. Poulitice against the lacrimation: Put on forehead the yolk of a small egg with incense\* (consider if the expression *οοῦ λεπτοῦ λέκυθον* - the yolk of a thin egg - has on the contrary to be read *οοῦ λεπτόν* [or else *λευκόν*] *ἢ λέκυθον* - the non-thick part, that is the white, or rather the egg yolk; in fact so it is fitting to both egg white and egg yolk), Archigenes in Galen in *De compositione medicamentorum secundum locos* IV,8. Against *haemalopes* and *hyposphagmata*, that is, for eyes with haemorrhages and bruises, immediately starting from their rising, shows itself as profitable the toasted egg yolk applied with wine to restrain both inflammation and pain, still in IV,8. ¶ The yolk recovers a warm abscess of the ear, Avicenna.

<sup>979</sup> *Naturalis historia* XXIX,42-43: Prodest et tussientibus per se luteum devoratum liquidum ita, ut dentibus non attingatur, thoracis destillationibus, faucium scabritiae. Privatim contra haemorrhoidos morsui inlinitur sorbeturque crudum. [43] Prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcerationibusque. § È sempre questione di punti o di virgole. In ambedue le mie fonti pliniane disponibili il punto viene posto dopo *scabritiae*. Gessner lo mette dopo *attingatur*. È logico che il tuorlo dall'essere ingoiato contro il mal di gola passa ad essere spalmato. Si emenda il punto e la virgola. § Altro problema. Le lezioni sono discordanti: c'è chi riporta *contra haemorrhoidos morsui inlinitur*, chi dà *contra haemorrhoidas morsui inlinitur*, chi - come Gessner e Aldrovandi - riporta *contra haemorrhoidum morsum inlinitur*. *Contra* regge l'accusativo. Se l'accusativo è *haemorrhoidas*, allora è un accusativo plurale, e il dativo *morsui* bisogna farlo reggere da *inlinitur*, cui forse sarebbe più appropriato associare un ablativo. Insomma, la versione di Gessner e di Aldrovandi sembrerebbe la più corretta dal punto di vista sintattico, e oltretutto dal contesto pliniano si potrebbe evincere che il *morsum* non è dei serpenti emorroide, bensì è il tormento suscitato dalle emorroidi anali, delle quali si parla sempre al plurale - "Ho le emorroidi che mi danno un dolore boia!" -, salvo che con l'ispezione o con la palpazione si sia stabilito che di emorroide anale ne esiste una sola, e allora il paziente imprecherebbe giustamente così: "Ho un'emorroide che mi dà un dolore boia!".

<sup>980</sup> Prescrizione già citata a pagina 442.

¶ Dolores stomachi lenit ovi vitellus tostus et in farina comminutus, cum polenta potus, Archigenes apud Galenum de compos. sec. loc. et Euporiston 1.97. Ovorum vitelli cum vino vel oleo cocti, adiecta polenta, mane sumpti, medentur his qui cibos non continent, Constantinus. In patinis frigitur vitellus ut cibo alvos sistat, per se vel admixta galla aut fructu rhois,<sup>981</sup> Dioscorid. Sistunt et menses mulierum cocta ovorum lutea, et ex vino pota: inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino illita curant, Plinius<sup>982</sup>.

¶ De remediis ex eodem cum aliis medicamentis admixto: primum extra corpus, deinde intra. Ad liventia ovorum luteis utuntur: si vetustiora sint, cum bulbis ac melle, Plin.<sup>983</sup> Contra adustionem ignis, unguentum laudatur ex vitellis ovorum recentium, oleo rosaceo, cera alba et {sepo} <sebo - sevo> arietino, Galenus ut quidam citant. Vitelli cum oleo rosaceo et croco inuncti medentur dolori podagricorum: et si valde doluerint, misceatur modicum opii, Idem ut quidam citant. Ovorum assatorum lutea quinque apud Aetium 12.44. adduntur unguento cuidam arthritico anodyno<sup>984</sup>. Ad exanthemata curanda ovi cocti vitellus cum melle et psim{m}ythio tritus rectissime adhibetur, Marcellus. Si quae maligna pustula in facie, vel brachiis vel pedibus, non frangat eam ne forte de vita periclitetur. sed vitellum ovi cum pari sale ad spissitudinem subactum imponat et leniter fricet. vel in ovum albumine eiecto salem iniectum diligenter misce, et cum linteo impone et illiga pustulae, Obscurus.

¶ Ovi vitellus tostus cum rosaceo et croco utilis est oculorum doloribus, (περιωδυνίαις,) Dioscorid. Lutea ovorum cocta ut indurescant, admixto croco modice, item melle et lacte mulieris illita, dolores oculorum mitigant. vel cum rosaceo et mulso lana oculis imposita, vel cum trito apii semine ac polenta in mulso illita, Plinius<sup>985</sup>. Si chemosis<sup>986</sup> (id est utriusque

¶ The toasted egg yolk and minced in flour, drunk with polenta of barley\*, relieves the pains of stomach, Archigenes in Galen in *De compositione medicamentorum secundum locos* and in *Euporista* - of Oribasius\* - I,97. The egg yolks cooked with wine or oil, with the addition of barley polenta, taken in the morning, make recover those people who don't succeed in keeping the foods - in the stomach, Constantinus Africanus. The yolk is fried in frying pan to stop the bowel, both alone and mixing gallnut\* in it or the fruit of the sumac\*, Dioscorides. The hard boiled egg yolks, and drunk with wine, also stop the menstruations: they also recover the swellings of the vulva if they are raw and smeared with oil and wine, Pliny.

¶ REMEDIES OBTAINABLE STILL FROM THE YOLK MIXED WITH OTHER MEDICINES: FIRST FOR EXTERNAL USE, THEN FOR INTERNAL USE. They use the egg yolks against the bruises: if the bruises are not too much recent, with onions and honey, Pliny. Against a fire burn is very appreciated an ointment done with yolks of fresh eggs, rose-oil, white wax and fat of ram, Galen, as some are quoting. The yolks smeared with rose-oil and saffron\* recover the pains of gouty persons: and if the pain will be strong, a little bit of opium has to be mixed, still Galen, as some are quoting. In Aetius of Amida\* XII,44 are added five roasted egg yolks to an ointment against arthritic pains. To treat the exanthemata with great benefit is used cooked egg yolk minced with honey and white lead\*, Marcellus Empiricus. If in the face or in the arms or in the feet is present some malignant pimple, who has it doesn't have to break it so that perhaps he doesn't endanger his life. But he has to superimpose a beaten egg yolk with an equal quantity of salt up to thicken it and has to rub gently. Otherwise properly mix salt put in an egg after having removed its white, and apply it using a flax cloth and fix it on the pimple, an unknown author.

¶ The egg yolk roasted with rose-oil and saffron is useful for the strong pains (*periodyniāis*) at eyes, Dioscorides. The egg yolks cooked so that become hard, and locally applied after having mixed a little bit of saffron as well as of honey and milk of woman, mitigate the pains of the eyes. Otherwise applied with wool joining rose-oil and honeyed wine, or smeared with seeds of celery\* minced and barley polenta

<sup>981</sup> In greco il vocabolo *rhois* significa sommacco.

<sup>982</sup> *Naturalis historia* XXIX,44: Sistunt et menses mulierum cocta et e vino pota, inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino illita.

<sup>983</sup> Già citato a pagina 447. - *Naturalis historia* XXIX,44: Ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle.

<sup>984</sup> L'aggettivo greco *anodynos* significa senza dolore, che calma il dolore.

<sup>985</sup> *Naturalis historia* XXIX,42: Lutea ovorum cocta, ut indurescant, admixto croco modice, item melle, ex lacte mulieris illita dolores oculorum mitigant, vel cum rosaceo et mulso lana oculis inposita, vel cum trito apii semine ac polenta in mulso illita.



palpebrae distortio ex inflammatione) fortis contigerit, ovi luteum cum muscae (μυίας.<sup>987</sup> sed in hoc remedio caro muris non muscae adhibenda legitur apud Galenum Euporiston 1.31.) carne terito, atque ubi ad cerati formam deducta fuerint, linteolo excepta impone, confestim sedant, Archigenes apud Galenum de compos. med. sec. loc. 4.8. Et mox: Oblitiones oculorum, Ovi assi luteum cum modico croco ac vino tritum imponito. Vitellus cum croco et oleo rosaceo utilissimus est ictibus (magnis doloribus, Dioscor.) oculorum: et cum ex eo fit cataplasma cum farina hordei avertit fluxionem ab oculis: et cum thure fronti illinitur eandem ob causam, Avicenna. Vitellum ovi (eodem die positi) aliqui cum sale subigunt: et ustum inde pulverem oculis equorum lunaticis inspergunt: quo remedio cicatrices etiam aboleri aiunt.

¶ Ad cervicum tumores sedandos, ovorum vitelli cocti cum adipe anserina illinuntur, felle caprino, aquis ponderibus permixto, atque inde cervices fricantur, Marcellus. ¶ Ad mamillas Aegineta 3.35. ovorum luteis crudis cum cerato utitur. ¶ Fissuras ac rimas pudendorum iuvat resina fricta cum rosaceo trita ad strigmentitiam crassitudinem, ammixto etiam ovi assati vitello, Asclepiades apud Galenum lib. 9. de comp. sec. loc. ¶ Luteum ovi inassatum cum meliloto sedis inflammationibus prodest et condylomatis, Dioscor.<sup>988</sup> Cum vitello, sale et melle, sunt qui et crocum addant, balani ad alvum proritandam componuntur. Nonnulli cum celeritate opus est, vel alia desunt, vitellum copioso sale mixtum linteolo illigant. Cum propter haemorrhoides locus inflammatur, maxime ubi dura alvus eum locum laesit: tum in aqua dulci desidendum est, et vitium fovendum ovis, imponendi vitelli cum rosae foliis ex passo subacti, Celsus<sup>989</sup>. ¶ Ovorum vitellum (ut alibi etiam candidum) Hippocrates mollitoriis uteri medicamentis admiscet.

prepared with honeyed wine, Pliny. If it will happen to have an intense chemosis (that is a deformation of both eyelids due to inflammation), mince an egg yolk with meat of fly (*myias* in Greek; but it is read in Galen - Oribasius - *Euporista* I,31 that in this remedy we have to use meat of mouse and not of fly), and when to both ingredients the consistence of a wax poultice will be given, apply them after having put them on a flax cloth, they quickly relieve, Archigenes in Galen in *De compositione medicamentorum secundum locos* IV,8. And then: Ointments for the eyes: Apply yolk of roasted egg and minced with a little bit of saffron and rose-oil. The yolk with saffron and rose-oil is useful in case of traumata (intense pains, Dioscorides) at eyes: and when by it a cataplasm is dome with barley meal, it stops the lacrimation: and together with the incense is smeared on the forehead for the same reason, Avicenna. Some beat with salt the yolk of an egg (laid in the same day): and they sprinkle the dust so gotten and toasted on the horses' eyes turned white like the moon - from leucoma\*?: they say that by this remedy also the scars are removed.

¶ In order to attenuate the swellings of the neck, cooked egg yolks are smeared in association with fat of goose which has to be mixed with bile of goat in equal parts, and rubbings are done at the neck, Marcellus Empiricus. ¶ For the mammae Aetius of Amida in III,35 uses raw egg yolks with a wax poultice. ¶ It is good for genital chaps and rhagades the fried resin minced with rose-oil up to bring it to the consistence of skin's scraping gotten by the strigil\*, also mixing the yolk of a roasted egg, Asclepiades in Galen, book IX of *De compositione medicamentorum secundum locos*. ¶ The egg yolk roasted with yellow melilot\* is good for perianal inflammations and condylomata acuminata, Dioscorides. To stimulate the bowel suppositories are prepared with yolk, salt and honey, and there are some adding also saffron. Some people, when hurrying up, or when the other ingredients are missing, make a flax little bundle putting the yolk mixed with abundant salt. When the area is inflamed because of haemorrhoids, above all when the hard faeces injured that area, then the bottom has to be soaked in sweet water, and the disease must be treated with the eggs, the yolks must be applied beaten with petals of rose in raisin wine, Celsus\*. ¶ The egg yolk (as, in another passage, also the egg white)

<sup>986</sup> Il sostantivo greco *chemosis* significa gonfiore a forma di guscio d'ostrica, da *chemē* = cama, che è una conchiglia.

<sup>987</sup> L'errore di trascrizione degli amanuensi è facile da dipanare, non foss'altro che per la difficoltà di reperire carne di mosca. In greco il topo suona *μῦς*, genitivo *μυός*. La mosca suona *μύια*, genitivo *μυίας*.

<sup>988</sup> Edizione di Jean Ruel\*, liber II, cap. 54 - OVI NATURA: inassatum sedis inflammationibus prodest, cum croco, et rosaceo: et condylomatis, cum meliloto. - Come già puntualizzato a pagina 447, la ricetta di Dioscoride è un po' diversa.

<sup>989</sup> *De medicina* VI,18,9: Tum in aqua dulci desidendum est, et fovendum ovis; inponendi vitelli cum rosae foliis ex passo subactis; idque si intus est, digito inlinendum; si extra, superinlitum panniculo imponendum est.

¶ Intra corpus cum aliis remediis. Gallinacei ovi vitellum semicoctum oleoque permistum si quis sorbeat, sitire desinet, Marcellus. ¶ Cum uva fruticis eius quem rhoa dicunt, aut galla in patinis frigitur vitellus, ut cibo alvos sistat: qui per se etiam offerri solet, Dioscor. Damus et ovorum assatorum lutea dysentericis cum modico aceto ac rhoe, paucissimo oleo admixto, Aetius. Quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur dysentericis, cum {iure} <cinere> putaminis sui, et papaveris [449] succo ac vino, Plin.<sup>990</sup>

Vitelli tosti cum pipere esui coeliaco dantur, cito medentur, Marcellus. Lutea ovorum per se decoquuntur in aceto donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos, Plin.<sup>991</sup> Et rursus<sup>992</sup>, Ovorum lutea dantur coeliacis cum uvae passae pinguis pari pondere, et malicorio, per triduum aequis portionibus. Et alio modo, lutea ovorum trium (cum) lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus trita ad crassitudinem mellis, et cum opus sit avellanae nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto. Sic et lien<ter>icis<sup>993</sup>. Sanguinem autem reijcientibus cum tribus cyathis musti.

¶ Ad eminentias expertum valde probatum: Ovum elixato donec durum fiat, et repurgato: quod in eo testaceum est, abijcito. interiorem autem eius partem cum albo ipsius in carbones conijcito, et tantisper assato, donec totum albescat, dein vitellum eius conijce in mortarium plumbeum, cum cerussa et oleo rosaceo sufficienti: et omnia simul diligenter subigito,

Hippocrates\* mixes it with emollient remedies for the uterus.

¶ Internal employ with other remedies. If someone sips a yolk of a coddled\* hen's egg and mixed with oil, he stops in being thirsty Marcellus Empiricus. ¶ The yolk is fried in frying pan together with a drupe of that bush they call sumac, or together with a gallnut, so that as food it stops the bowel: it is custom to offer it also alone, Dioscorides. We also give the dysenteric patients the yolks of roasted eggs in association with a little bit of vinegar and sumac, mixing very little oil, Aetius of Amida. By dysenteric patients are sipped five raw egg yolks in a *hemina*\* [250 ml] of wine together with the ash of their shells and with juice of poppy\* and wine, Pliny.

Page 449

The yolks roasted with pepper are given as food to people suffering from intestinal pains, they recover quickly, Marcellus Empiricus\*. The egg yolks alone are cooked in vinegar up to harden them, and then are toasted with pepper to stop the diarrhea, Pliny\*. And still: The egg yolks are given to those people suffering from intestinal pains together with an equivalent weight of raisin of good quality and peel of pomegranate\*, and in identical doses for three days. And in another way, the yolk of three eggs (with) a quadrant - the fourth part of one as\* or of one pound = 67 g - of old lard and honey, and when it is necessary, drunk big like a hazelnut with water. Likewise three yolks fried in oil, gotten from whole eggs soaked the day before in vinegar. So also to lenteric\* people. But to those vomiting blood, with three cyathi [150 ml] of must.

¶ Proven and very appreciated remedy against swellings: Cook an egg until became hard, and polish up it: throw away what there is of shell. Put its inner part with its albumen on coals and toast for a little until when became wholly white, then put its yolk in a lead mortar with white lead\* and a sufficient quantity of oil of roses: and knead together the whole with diligence until reached the consistence of the glue.

<sup>990</sup> *Naturalis historia* XXIX,43: Cruenta excreantibus V ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur, dysintericis cum cinere putaminis sui et papaveris suco ac vino.

<sup>991</sup> *Naturalis historia* XXIX,49: Et per se lutea ex iis decocuntur in aceto, donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur ad cohibendas alvos.

<sup>992</sup> *Naturalis historia* XXIX,43-44: Dantur coeliacis cum uvae passae pinguis pari pondere et malicorii per triduum aequis portionibus, et alio modo lutea ovorum III, lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis III, trita ad crassitudinem mellis [44] et, cum opus sit, avellanae nucis magnitudine ex aqua pota, item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto; sic et lentericis, sanguinem autem reijcientibus cum III cyathis musti.

<sup>993</sup> Termine derivato dal greco *léton* = liscio + *énteron* = intestino. Essendo l'intestino liscio come un tavolo da biliardo, esso non assorbirebbe i cibi, che scorrono via indigeriti. Per notizie aggiornate al 2005, si veda la voce Lienteria del lessico. § In latino esiste anche il termine *lienicus*, usato per esempio da Celio Aureliano\*, ma significa tutt'altra patologia: sofferente di milza. Infatti la milza in latino è detta *lien/lienis*. Celio Aureliano usa l'aggettivo *lienicus* in *De morbis chronicis* III,4 DE IECOROSIS, QUOS GRAECI EPATICOS VOCANT, & LIENOSIS, QUOS SPLENICOS DICUNT, capitolo in cui parla di cirrosi epatica associata a splenomegalia. Ecco l'impiego di *lienicus*: Alii enim phlebotomiam recusarunt in lienicis [...].

quoad glutinis crassitudinem nanciscantur. Dein chamaemelon coquito in aqua ad tertias, et foveto cum spongia saepius locum. Post unctionem cum penna illito, et sic curato bis die. assidue observando, Nicolaus Myrepsus.

¶ Aqua de vitellis destillata vestigia combustionis et ex aliis laesionibus cutis relicta sanat (ut etiam de albumine destillata) et omnem scabiem cutis: sed multo efficacius ad haec est oleum de vitellis, (de quo supra scripsimus,) Ryffius.

¶ Pars X. De remediis ex pellicula ovi interiore, et ex pullis ovorum, id est nondum exclusis. Membrana putaminis detracta ovo sive crudo, sive decocto, labiorum fissuris medetur, Plinius<sup>994</sup>. In ovi testa membrana quae haeret, ruptis labiis recte adponitur, Marcellus. Labiorum fissorum cura mirabilis, Ovi internam pelliculam fissuris eorum agglutina, Nic. Myrepsus. Hymen, id est pellicula ovi, ad labra scissa et aurium fractionem facit, et ad asperam linguam. item ad cruris<sup>995</sup> fracturam, Kiranid. Vestem (id est tunicam) ovi delicatam interiorem siccata, contere, vino misce, et cola, et ex aqua calida dysenterico da bibendam, Marcellus. ¶ Stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum gallae dimidio, ita ut ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant et dysentericis pullos in ipso ovo decoctos, admixta vini austeri hemina, et pari modo olei polentaeque, Plin.<sup>996</sup>

¶ Pars XI. De remediis ex testis ovorum: primum simpliciter, deinde ustis, tertio de testis ovorum unde pulli exclusi sunt. Amiantum Sylvaticus interpretatur testas ovorum e quibus pulli in nido excluduntur, manifesto errore, cum amiantus genus lapidis sit. hoc forsitan fieri potest, ut ad medicinam amianti loco testae ovorum usurpari possint. ¶ Crito apud Galenum lib. 5. de compos. med. sec. loc. praescripto ad lichênas medicamento, Forinsecus (inquit) conservandi pharmaci gratia vesicae pelliculam, aut ovi testam, aut viridia folia quantum satis est

Then cook chamomile in water up to reduce it to a third and rather often stupe the affected area using a sponge. Subsequently apply with a feather the ointment and do this treatment twice a day. Checking with assiduousness, Nicolaus Myrepsus\*.

¶ The water distilled from the yolks recovers the signs left by burns and other causes injurious for the skin (as well as that distilled from egg white) as well as any type of cutaneous itch: but very more effective for these affections is the oil gotten from the yolks (about which I have spoken previously), Walther Hermann Ryff\*.

¶ SECTION 10 - THE REMEDIES GOTTEN FROM THE INNER MEMBRANE OF THE EGG AND FROM THE CHICKS OF THE EGGS, THAT IS NOT YET BORN. The shell membrane gotten from an egg, both raw and cooked, recovers the chaps of the lips, Pliny. The membrane sticking to the shell of the egg is profitably applied to chapped lips, Marcellus Empiricus. Marvelous treatment of the chapped lips: Stick the inner membrane of the egg to their chaps, Nicolaus Myrepsus. The hymen, that is the shell membrane, is good for chapped lips and fissured ears, as well as for rough tongue. Likewise for a fracture of the leg, Kiranides\*. Mince the inner soft veil (that is the tunic) of the egg after you dried it, mix with wine and strain, and give it to a dysenteric to be drunk with warm water, Marcellus Empiricus. ¶ The chicks contained in the eggs with half gallnut\*, doing so that no other food is assumed before two hours passed, strengthen a weakened stomach. They also give dysenteric people the chicks cooked for a long time within the egg itself mixing a hemina [250 ml] of dry wine and the same quantity of oil and barley\* polenta, Pliny.

¶ SECTION 11 - THE REMEDIES GOTTEN FROM EGGSHELLS, FIRSTLY AU NATUREL, THEN TOASTED, AND THIRDLY THE EGGSHELLS WHENCE THE CHICKS HATCHED. Matteo Silvatico\* translates amiantus\* with eggshells from which the chicks are hatching in the nest, because an evident mistake, since the asbestos is a type of mineral. Perhaps this can happen since the eggshells can be used for medicinal purpose in place of the asbestos. ¶ Crito\* in Galen\* book V of *De compositione medicamentorum secundum locos*, after having prescribed a medicine against the impetigo\* says: To preserve a remedy applied outside, put on it

<sup>994</sup> *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus.

<sup>995</sup> Dal punto di vista medico è un po' enigmatica quest'azione terapeutica in caso di frattura di una gamba. Non vorrei che *crus* assumesse il significato di *palo di sostegno*, come in Catullo, e quindi di *pene*, da alcuni considerato anche come una terza gamba, specialmente quando le sue dimensioni lo giustificano appieno. Per cui la membrana testacea sarebbe utile in caso di rottura del membro virile conseguente a manipolazioni violente o a usi forsennati.

<sup>996</sup> *Naturalis historia* XXIX,45: Dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri hemina et pari modo olei polentaeque.

imponere. ¶ Unguentum ad splendorem faciei: Putaminum ovorum pulvis, semina melonum mundata, misceatur cum pinguedine anatis lota, Furnerius.

¶ Ovi testa tosta cum mirro (myrto) attritiones pedum ex calceamentis sanat. omnemque tumorem et rheumatismum constringit. Utilis est etiam in pessariis, et in his quae sunt circa sedem, hoc est ad matricis passiones, et dolores sedis: maxime vero tumores erysipelatum et nascentiarum, Kiranid. ¶ Ad sanguinis narium eruptiones: Putaminis ovi partem unam, gallae omphacitidis<sup>997</sup> partem unam, trita linamento torto aqua aut aceto madefacto excipito et indito. frontem vero aut nasum gypso aut luto figulino integito. aures autem contente obturare iubeto, Asclepiades apud Galenum de comp. med. sec. loc. Sunt qui ad hoc remedium ovi putamine usto uti malint: Vide inferius. Ad sanguinem sistendum: Cortices ovorum in aceto acri donec molliantur maceratos, in Sole siccabis, conteres, et insperges ubicunque sanguis fluit. Vel, pulverem ex ovorum corticibus cum fuligine pistoria mistum, insperge, et mox sistetur, Ex libro Germanico manuscripto. ¶ Ad dolorem dentium: Ovorum putamina, sepiam et oleum misceto et coquito, donec tertia pars relinquatur, et tepidum ore contineto, Galenus Euporiston 3.17.

¶ Si alvus fluat, Torridus ex vino cortex potabitur ovi, Serenus. ¶ Recentiores authores inter calculi remedia celebrant ovi testas, Alex. Benedictus. Ad eliciendam urinam: Ex ovo recente interiora (album et vitellum) effundas: et testam digitis in calicem vinum continentem confriato: et mox pariter ebibito, urina statim sequetur, Obscurus. Sunt qui ad hoc remedium testa ovi ex quo pullus exclusus sit, utantur. ¶ Ad penis dolorem et inflammationem: Cuminum et ovorum putamina bene decoquito, et foveto: effectum miraberis, Galenus Euporiston 3.279.

¶ Equo strophoso ova quatuor in os confringito, et ut simul cum putaminibus deglutiat, curato, Anatolius.

¶ E testis ustis remedia. De corticibus ovorum urendis scribit Bulcasis tractatu tertio. Comburi

the mucous membrane of the urinary bladder, or an eggshell, or green leaves for the time being enough. ¶ Ointment to brighten the face: Dust of eggshells and seeds of melon polished up are mixed with clean fat of duck, André Le Fournier\*.

¶ The eggshell toasted with the *mirro* (myrtle\*) recovers the lesions from feet's rubbing due to footwear. And it reduces any swelling and kind of catarrh. It is also useful for vaginal suppositories and those medicines useful for perianal affections, that is, for the diseases of the uterus and the anal pains: but above all for the swellings of the erysipelas\* and for those due to the birth, Kiranides. ¶ Against the nosebleed: One part of eggshell, one part of gallnut, after having minced put them in a twisted bandage soaked in water or vinegar, and apply it. But cover the forehead or the nose with chalk or potter clay. It must be prescribed to properly bung the ears, Asclepiades\* in Galen in *De compositione medicamentorum secundum locos*. There are some preferring to use toasted eggshell for this remedy: see further. To stop the blood: You will dry in the sun eggshells soaked in strong vinegar until became soft, you will mince them and sprinkle anywhere there is a hemorrhage in progress. Or else, sprinkle a mixture gotten from the dust of eggshells together with soot of the baker, and immediately it will stop, from a German manuscript book. ¶ Against toothache: Mix eggshells, ink of cuttlefish and oil, and cook until a third remains, and it has to be held lukewarm in mouth, Galen - Oribasius \* - *Euporista* III,17.

¶ If the intestine had to be diarrhoeic: The roasted eggshell will be drunk with wine, Serenus Sammonicus\*. ¶ The most recent authors among the remedies for the calculosis praise the eggshells, Alessandro Benedetti\*. To provoke the issue of urine: You have to make go out the content of a fresh egg (white and yolk): and with the fingers sprinkle the shell in a glass containing wine: and gulp down it instantly, and the urine will immediately gush, an unknown author. There are some that in order to realize this remedy use the shell of an egg from which a chick hatched. ¶ Against the pain and the inflammation of the penis: Overcook cumin\* and eggshells, and stupe, you will be marveled by the result, Galen - Oribasius - *Euporista* III,279.

¶ Break four eggs in the mouth of a horse suffering from colics and pay attention that it swallows them together with the shells, Anatolius\*.

¶ Remedies gotten from toasted shells. Albucasis\* writes about the eggshells to be toasted in the third

<sup>997</sup> Il sostantivo greco femminile *omphakâtis*, al genitivo *omphakâtidos*, significa noce di galla in Dioscoride\* e Galeno.

putamina sine membrana oportet, Plinius<sup>998</sup>. Pulvis ad ulcus antiquum in crure siccandum: Cortices ovorum et soleas calciamentorum [calceamentorum] veterum ure, quibus addes fimum bubulum de mense Maio arefactum et tritum. De his mistis pulverem insperge ulceri, et lanuginem typhae superinsperge. Calx alba de testis ovorum in furno ustis, chirurgis erodens praestat medicamentum, Tragus. ¶ Ovi putaminis cinis in vino potus, sanguinis eruptionibus medetur, Plinius<sup>999</sup>. Si sanguis ex vulnere immodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis impositus mire sistit, Idem<sup>1000</sup>. Si vero infrenus manat de vulnere sanguis, fimus manni (equi) cum testis uritur ovi, Et reprimat fluidos miro medicamine cursus, Serenus. Cortex ovi ustus tritusque inflatur naribus ad [450] sistendum sanguinem, Kiranides. alii etiam non usto utuntur. ut supra dictum est.

volume of his treatise *al-Tasrif*. The shells have to be toasted without the shell membrane, Pliny. Dust to desiccate a long standing ulcer in the leg: Burn eggshells and soles of old footwear, to which you will add bovine dung picked up in the month of May, desiccated and crushed. Sprinkle on the ulcer the dust gotten from these things mixed together, and sprinkle on them the floss of cattail\*. The white lime gotten from eggshells burnt in oven, supplies the surgeons with a medicine with erosive properties, Hieronymus Bock called Tragus\*. ¶ The ash of eggshell drunk with wine stops the hemorrhages, Pliny. If the blood escapes in an excessive manner from a wound, the application of an ash gotten from the cremation of dung of horse together with eggshells stops it in an amazing way, still Pliny. But if the blood escapes unrestrainedly from a wound, dung of foal (of horse) is toasted with eggshells, and it stops the flowing of the liquids as if it were a portentous remedy, Serenus Sammonicus. The eggshell toasted and pulverized is insufflated into the nostrils to stop the blood, Kiranides. Others use it even if not toasted, as it has been said beforehand.

Page 450

Ad sanguinis e naribus profusionem: Ovi putamen integrum comburito, et liquorem ex eo extractum cum fissili arsenico permisceto, in naresque patientis immittito. si arsenicum praesto non fuerit, solus ovi liquor sufficet, Galenus Euporiston 3.97. Ad sanguinem fluentem e naribus, aliqui thuris farinam cum calicis ovi cinere et vermiculato gummi, ex ovi candido, linamento in nares conijciunt, Incertus. Putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus medetur. sic fit et dentifricium, Plin.<sup>1001</sup> Dentifricium praestat cinis ex ovis, sed non sine vino, Serenus. atqui Plinius in verbis iam recitatis scribens, Sic fit et dentifricium, intelligere videtur, non quasi id quoque cum vino fiat, ut medicamentum proxime ab eo memoratum in vino bibendum contra sanguinis eruptiones: sed usto similiter putamine, et absque membrana ut de proximo remedio dixerat. Cortex ovi ustus collutus (forte affricus: nisi cum vino colluendum dicas, ut Serenus sentire videtur) dentes purgat, Kiranides.

Against a profuse nosebleed: Toast an entire eggshell and mix the liquid you extract from it with minced arsenic\*, and put it in the nostrils of the patient. If the arsenic won't be available, the mere liquid of the egg will be enough, Galen\* - Oribasius\* - *Euporista* III,97. Some people, in case of nosebleed, using a gauze put dust of incense\* in the nostrils together with ash of eggshell and rubber, shaped like vermicules, done with egg white, uncertain source. The ash of eggshell drunk with wine stops the hemorrhages. In this manner also a toothpaste is made, Pliny\*. The ash of the eggs supplies also a toothpaste, but not without wine, Serenus Sammonicus\*. But Pliny by writing *so also a toothpaste can be made* in the just quoted phrase, it almost seems that he wants to say not that it can also be done with the wine as the remedy by him just remembered to be drunk with wine against the bleedings: but after having burnt to ashes the shell in the same manner, and without the shell membrane, as he had said about the just previous remedy. The incinerated eggshell used as rinsing (perhaps rubbed: unless you say to use it as rinsing together with wine, as Serenus seems to mean) polishes up the teeth,

<sup>998</sup> *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto laborum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet.

<sup>999</sup> *Naturalis historia* XXIX,46.

<sup>1000</sup> *Naturalis historia* XXX,112: Si vero ex vulnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

<sup>1001</sup> *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto laborum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet. Sic fit et dentifricium. - Citazione parzialmente presente anche a pagina

¶ Ventris dolori: Praeterea nivei sterilis testa uritur ovi, | Quae postquam in tetram fuerit conversa farinam, | Ex calidis potatur aquis, et pota medetur, Serenus. ¶ Recentiores ad geniturae profluvium corticis ovi cinerem laudant, Alex. Benedictus. ¶ Si ramex in scrotum descenderit, utiliter illinitur cinere de testis ovorum mixto cum vino. sic enim intestina in locum suum redeunt, Obscurus. ¶ Idem cinis mulierum menses cum myrrha illitus sistit, Plinius<sup>1002</sup>. Ad profluvium mulieris, Gallinae ovum totum (cum testa scilicet) comburas, et conteras, et in vino mixtum illinies, restringit, Sextus. Ad alba mulierum profluvia, cineris corticis ovi, cineris cornus cervi, farinae succini, seminis anethi, singulorum drachmas duas misce, cribra, fiat pulvis, utatur cum aqua.

Remedia de testis ovorum unde pulli exclusi sunt. Nicolaus Florentinus in difficultate urinae mirifice commendat corticem ovi e quo pullus exclusus est, cuius a pellicula sua repurgati drachmam propinat. ego eundem cum nobili cuidam foeminae exhibuissem, emisit duodecim (vasa) vitrea urina plena. est enim hoc summum remedium, Gatinaria. Alii simpliciter testam ovi e vino propinant. Eosdem cortices, a quibus pullus exierit, et eodem pondere Leonellus cum aqua saxifragae bibi consulit ad provocandam urinam. Idem remedium bestiis etiam et pecoribus prodesse reperio. ¶ Si mulieri matrix prociderit, abluat eam aqua, et linteo abstergat. et ungat unguento quod Martiatum<sup>1003</sup> appellant, et postremo inspergat testas ovorum tritas e quibus pulli exclusi fuerint, Obscurus.

Kiranides\*.

¶ For bellyache: Furthermore the empty shell of an egg white as the snow is incinerated | Which, after will be turned into a dark dust, | Is drunk with warm water, and after has been drunk it recovers, Serenus Sammonicus. ¶ The most recent authors praise the ash of eggshell to increase the quantity of seminal liquid, Alessandro Benedetti\*. ¶ If a hernia went down in the scrotum, is successfully smeared with ash gotten from eggshells mixed with wine. In fact in this way the bowel goes back to its place, an unknown author. ¶ Still the same ash sprinkled together with myrrh\* stops the menstruations, Pliny. Against the metrorrhagia: You have to incinerate a whole egg of hen (then with the shell) and reduce it to powder, and you will smear it mixed with wine, it acts as astringent, Sextus Placitus Papiriensis\*. Against the leucorrhoea mix two drachmas each [around 7 g] of ash of eggshell, of ash of deer horn, of powder of yellow amber\*, of seed of dill\*, sieve, a powder has to be done, which has to be used with water.

Remedies gotten from shells of eggs whence chicks hatched. Niccolò Falcucci\* in case of dysuria recommends as marvelous remedy the shell of an egg from which a chick hatched, and he gives a drachma of it [3.41 g] after having polished up it from the shell membranes. After having given it to a noble lady, she sent forth twelve glass containers (vases) full of urine. In fact it is the maximum of the remedies, Marco Gattinara\*. Others simply give eggshell with wine. Leonello Vittori\* is of the opinion that these shells whence the chick went out and in the same weight have to be drunk with water of saxifrage\* to trigger the discharge of urine. I find written that the same remedy is also good for animals and livestock. ¶ If to a woman would happen to have an uterine prolapse, she has to wash it with water and cleanse with a flax cloth, and she has to oil it with a perfumed ointment they call *Martiatum*, and finally she has to sprinkle it with minced eggshells whence the chicks hatched, an unknown author.

<sup>1002</sup> *Naturalis historia* XXIX,46: Membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labrorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membrana oportet. sic fit et dentifricium. Idem cinis et mulierum menses cum murra illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est, ut recta nec vi nec pondere ullo frangantur nec nisi paulum inflex rotunditate.

<sup>1003</sup> Nella farmacopea il termine marziale significa impiego terapeutico del ferro, essendo Marte\* il dio della guerra e le armi essendo state finalmente costruite in ferro anziché in bronzo. Ancor oggi quando si inietta ferro in vena - a causa della sua carenza nell'organismo umano e per la sua importanza nella generi dei globuli rossi - si parla di terapia marziale. L'aggettivo *martiatum*, assente nel latino classico, significava contenente ferro. È da vedersi se effettivamente questo unguento profumato contro il prolasso uterino, proposto dall'autore sconosciuto, contenesse ferro. § In un trattato di Farmacologia - Jahresbericht über die Fortschritte der gesammten Medicin in allen Ländern im Jahre 1845 (Erlangen, 1846) - viene per esempio citato il TARTARUS MARTIATUS o GLOBULI MARTIALES / EISENWEINSTEIN STAHLKUGELN ad uso sia interno che esterno.

a. Volucrum pleraeque a suis vocibus dictae sunt, ut anser, gallina, Varro<sup>1004</sup>. Gallinula diminutivum, apud Avienum Arati interpretem. Thrax est {gallina} <Gallina> Syro par<?>, Horatius Serm. 2. 6.<sup>1005</sup> Cortis aves pro gallinis dixit Martialis<sup>1006</sup>. Ova gallina, id est gallinarum, Lampridius<sup>1007</sup>. Myricae semen cum altilium pingui furunculis imponitur, (gallinarum intelligo,) Plinius<sup>1008</sup>. Pumiliones aves (id est gallinas, ut et Graeci pro gallinis simpliciter aves dicunt) non nimium probo, Columella<sup>1009</sup>. Avitia ova pro gallinaceis Caelius Rhodig.<sup>1010</sup> dixit, ut Graeci ὀρνίθεια. ¶ Ἀλεκτορίς, θρίξ ἢ ὑπὸ τῆς κεφαλῆς τρεφομένη, καὶ ὄρνις ἢ θήλεια, id est, capillus et gallina, Varinus. sed melius legetur ἄλεκτορίς, ut Hesychius habet<sup>1011</sup>. Alectoridas Persae etiam corvos vocant, Hermolaus<sup>1012</sup>. mihi quidem mendum subesse videtur. Ὅρνις, ὄρνιθος communiter (Dorice ὄρνιξ ὄρνιχος. quanquam Alcman in recto ὄρνις dixit) masc. et foem. genere apud veteres dicebatur de quavis ave, non de gallina tantum ut recentiores vulgo utuntur. Menander tamen ὄρνιθας et ὄρνεις,

a. Most of birds have been named on the basis of their voice as the goose, the hen, Varro\*. We find the diminutive *gallinula* - little hen - in Avienus\*, translator of *Phenomena* of Aratus of Solis\*. The gladiator with Thracian armor - small round shield, curved sword, greaves - named *Gallina* - Hen - is evenly matched to the gladiator called Syrus? Horace\*, *Satires* II,6. Martial\* told courtyard birds instead of hens. *Ova gallina* - ova pullina, that is, eggs of hens, Lampridius\*. On the pimples have to be applied seeds of tamarisk\* with fat of domestic fowls (I reckon of hens), Pliny. The dwarf birds (that is the hens, as also the Greeks simply say birds in place of hens), I don't appreciate them excessively, Columella\*. Lodovico Ricchieri\* said eggs of birds rather than of hens, like the Greeks say *ornítheia*, of birds, of poultry. *Alektorís, thríx hē hypò tēs kephalēs trephoméne, kai órnis hē thēleia* - *Alektorís*, the hair begotten by the head, and *órnis* the chicken female, that is, hair and hen, Guarino\*. But will sound better the word *alektorís* as referred by Hesychius\* - who doesn't add female, since *órnis* is equivalent to both rooster and, in this case, hen. The Persians call *alectoridas* - hens - also the crows, Ermolao Barbaro\*. To tell the truth it seems to me that an error is

<sup>1004</sup> *De lingua latina* V,11: Quod ad immortalis attinet, haec; deinceps quod ad mortalis attinet videamus. De his animalia in tribus locis quod sunt, in aere, in aqua, in terra, a summa parte ad infimam descendam. Primum nomina omnium: alites ab alis, volucres a volatu. Deinde generatim: de his pleraeque ab suis vocibus ut haec: upupa, cuculus, corvus, hirundo, ulula, bubo; item haec: pavo, anser, gallina, columba. Sunt quae aliis de causis appellatae, ut noctua, quod noctu canit et vigilat, lusciniola, quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Sic galeritus et motacilla, altera quod in capite habet plumam elatam, altera quod semper movet caudam. Merula, quod mera, id est sola, volitat; contra ab eo graguli, quod gregatim, ut quidam Graeci greges gergera. Ficedulae et miliariae a cibo, quod alterae fico, alterae milio fiunt pingues.

<sup>1005</sup> *Sermones / Satirae* II,6,40-46:

Septimus octavo propior iam fugerit annus, 40  
ex quo Maecenas me coepit habere suorum  
in numero, dumtaxat ad hoc, quem tollere raeda  
vellet iter faciens et cui concedere nugas  
hoc genus: 'hora quota est?' 'Thraex est Gallina Syro par?'  
'matutina parum cautos iam frigora mordent', 45  
et quae rimosa bene deponuntur in aure.

<sup>1006</sup> *Epigrammata* XIII,45: Si Libycae nobis volucres et Phasides essent, | acciperes, at nunc accipe chortis aves.

<sup>1007</sup> Lampridio scrisse le vite di Alessandro Severo, Commodo ed Eliogabalo\* contenute in *Historia Augusta*. Solo nella vita di Eliogabalo troviamo un passo che è simile a quello citato da Gessner, ma invece di *ova gallina* troviamo *ova pullina*. Non si emenda Gessner, in quanto la sua fonte potrebbe aver riportato *ova gallina*. § VITA DI ELIOGABALO XXII. 1 Sortes sane convivales scriptas in coclearibus habuit tales, ut alius exiret "decem camelos", alius "decem muscas", alius "decem libras auri", alius "decem plumbi", alius "decem strusiones", alius "decem ova pullina", ut vere sortes essent et fata temptarentur. - Non si emenda *strusiones* in *strutiones*, che forse è la dizione esatta, forse ancor più esatto sarebbe *struthiones*.

<sup>1008</sup> *Naturalis historia* XXIV,71: Semen drachmae pondere adversus phalangia et araneos bibitur, cum altilium vero pingui furunculis imponitur, efficax et contra serpentium ictus praeterquam aspidum.

<sup>1009</sup> *De re rustica* VIII,2,14: Pumileas aves, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fecunditatem nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule quam nec pugnacem nec rixosae libidinis marem. Nam plerumque ceteros infestat, et non patitur inire feminas, cum ipse pluribus sufficere non queat.

<sup>1096</sup> *Naturalia historia* X,145: Avium ova ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia. Aquatilium rotunda, reliqua fere fastigio cacuminata. Exeunt a rotundissima sui parte, dum pariuntur, molli putamine, sed protinus durescente quibuscumque emergunt portionibus. Quae oblonga sint ova, gravioris saporis putat Horatius Flaccus. Feminam edunt quae rotundiora gignuntur, reliqua marem. Umbilicus ovis a cacumine inest, ceu gutta eminens in putamine.

<sup>1097</sup> *Naturalia historia* X,152: Incubationi datur initium post novam lunam, quia prius inchoata non proveniant. celerius excluduntur calidis diebus; ideo aestate undevicensimo educunt fetum, hieme XXV. Si incubitu tonuit, ova pereunt; et accipitris audita voce vitiantur. Remedium contra tonitrus clavus ferreus sub stramine ovorum positus aut terra ex aratro.

<sup>1098</sup> *De natura deorum* II,129: Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque is, quae procreaverunt, usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. Etsi pisces, ut aiunt, ova cum genuerunt, relinquunt, facile enim illa aqua et sustinentur et fetum fundunt; testudines autem et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese. Iam gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidusque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur; e quibus pullos cum excuderunt, ita tuentur, ut et pinnis foveant, ne frigore laedantur, et, si est calor a sole, se opponant; cum autem pulli pinnulis uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur, reliqua cura liberantur.

<sup>1099</sup> Varrone in *Rerum rusticarum* in base alla mia fonte elettronica pare non usi il verbo *excludo*, bensì il suo equivalente *excudo*. Ecco due stralci. III,6,4: Praeterea ova emit ac supponit gallinis, ex quibus excusos pullos refert in testudinem eam, in qua pavones habet. III,9,2: [...] de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem ad modum et a quibus educuntur; hisce appendix adicitur pars quinta, quem ad modum sagentur.

<sup>1100</sup> *De re rustica* VIII,14,7: Sed custodiri debet ut ovis subiciantur herbae urticarum quo quasi remedio medicantur, ne noceri possit excussis anserculis, quos enecant urticae si teneros pupugerunt. Pullis autem formandis excludendisque triginta diebus opus est cum sunt frigora, nam tepidis quinque et viginti satis est. Saepius tamen anser tricensimo die nascitur.



ἐκκολάπτειν verbum in Lexico Graecolatino vulgari: et nomen ἐκκόλαψις τῶν ὠῶν.

¶ Italis chioccia vocatur gallina quae pullos alit, hoc est glociens vel glocitans. nostris ein Gluggere eadem origine: incubans vero ein Brütere. Illam Latine matricem dixeris, Matricem glocitricem Grapaldus nominat. Gallina gracillat, Author Philomelae<sup>1101</sup>. Gybertus Longolius gallinas crocitantas dixit<sup>1102</sup>. Κακκάζειν verbum est Atticum de gallinis vocem {a}edentibus circa partum, Hesychius<sup>1103</sup> et Varinus. huic simile est illud nostrum, gaggsen. Vocibus crebrum singulat acutis parturiens, Politianus de gallina<sup>1104</sup>. Pollux hoc verbum de Meleagridum voce in usu esse scribit. Ἀλεκτορίς γὰρ βοῶσα συνεχῶς λυπηρόν ἄκουσμα: ὁ δὲ μιμούμενος ἀλεκτορίδα βοῶσαν εὐφραίνει, Plutarchus. Sunt qui hoc dictum inter Germanos instar {paroemiae} <paromoei> usurpent, So mancher schzey / so manches ey thüt unsere henne leggen. hoc est, Gallina nostra toties parit, quoties clamârit. Τὰς ἀλεκτορίδας ἀπέκτειναν, τε μὴ κελαδοῦσας καὶ ἀδοῦσας ἐπὶ τοῖς ὠοῖς μηνύσαι τὸν μοιχόν, Suidas ex innominato. Vinum in quo trigle viva suffocata fuerit, viris impotentiam ad Venerem, mulieribus ut gallinis (ὄρνισι) quoque sterilitatem adfert, Athenaeus<sup>1105</sup>.

¶ Ovum ὑπηνέμιον<sup>1106</sup>, id est subventaneum, aliqui ἀνεμίδιον vocant, ut Plato in Theaeteto, Scholiastes Aristophanis. Eadem et ἀνεμιαῖα

3<sup>rd</sup> book of *De abstinentia ab animalibus*. In Varinus\* at the voice halcyon - *alkyon*, perhaps the kingfisher\*, *Alcedo atthis* - we read *ekballein tois neottoús* - to make the chicks to go out and *ekgýphein tà oá* - to hatch the eggs. And with the same meaning the verb *ekkoláptein* in the common Greek-Latin lexicon, as well as the noun *ekkolápsis* - breakup of the shell of the eggs - *ton oon*.

¶ By Italians is called chioccia - mother hen - the hen raising the chicks, that is, that cackling - *glociens* or *glocitans* in Latin. By Swiss it is said ein Gluggere that has the same etymology: but the brooding one is said ein Brütere. The former, according to Latin, you should call her as breeder, and Francesco Mario Grapaldi\* calls her breeder doing the brooding voice. The hen does the brooding voice - *gracillat*, the author of *Philomela*\*. Gisbert Longolius\* said gagging hens. *Kakkázein* - to gaggle, to cackle, to do the voice of the partridge\* or of the little owl\* - is an Attic verb related to the hens sending forth a voice when they are about to lay the egg, Hesychius\* and Varinus. To this is similar that other our term, gaggsen. While is giving birth she hiccups many times with penetrating sounds, Poliziano\* about the hen. Julius Pollux\* writes that this verb is used for the voice of guinea-fowls\*. *Alektorís gàr boōsa sunechōs hypērōn ákouσμα: ho dē mīmōúmenos alektorída boōsan euphraínei* - In fact the hen sending forth without interruption a painful voice: he by imitating the shouting hen cheers up, Plutarch\*. Among Germans there are some people that would use the following saying as if it were an assonance: So mancher schzey / so manches ey thüt unsere henne leggen. That is: Our hen gives birth so many times she will have shouted. *Tās alektorídas apékteinan, te mē keladoúsas kai aidóusas epì toís oóis mēnúsai tòn moichón* - They killed the hens, that didn't make noise and didn't sing on the eggs denouncing the seducer, the lexicon Suidas\* drawing it from an author whose name is unknown. The wine, in which a living *trigle* - a mullet\* - will have been smothered, causes in the males a sexual impotence, to the women as well as to the hens (*órnisi*) the sterility, Athenaeus.

¶ The *hypenémion* egg, that is full of wind, some call it *anemídion*, as Plato\* in the dialogue *Theaetetus*, the scholiast of Aristophanes. They also called *anemiaías*

<sup>1101</sup> *Auctor Carminis Philomela* 25; A. Baehrens, *Poetae Latini Minores* V (1883), 365. (Lind, 1963) § Citazione presente in altre pagine, ma in modo più esteso: Cucurrire solet gallus, gallina gracillat - Il gallo è solito fare chicchirichi, la gallina fa la voce da chioccia.

<sup>1102</sup> *Dialogus de avibus* (1544): PAMPHILUS Aedicula ista, quae horreo incumbit, unde nunc gallinae crocitantas devolant, putas ne veteribus nomen aliquod separatum habuisse?

<sup>1103</sup> *Kakkázein* si ritrova unicamente in Esichio ed equivale a *kakabízein* usato dagli scrittori attici.

<sup>1104</sup> *Rusticus*, composto da Poliziano nel 1483-84.

<sup>1105</sup> *Deipnosophistai* VI,127,325d.

<sup>1106</sup> L'aggettivo greco ὑπηνέμιος è composto da ὑπό = sotto e ἄνεμος = vento.

vocabant, Athenaeus<sup>1107</sup>. Amorem sive Cupidinem Aristophanes in Avibus natum fingit ex ovo hypenemio a Nocte {a}edito. ¶ Semina omnia aliquid in se alimenti continent, quod una cum generandi principio natura profundit, sicut in ovis. Qua de causa non inepte Empedocles, Ova solent excelsis gignere ramis, inquit. (φάσκων ὠτοκεῖν μακρά δένδρα.) Enimvero natura seminum ovis proxima est, Theophrastus.

¶ d. Gallinae instar volui congregare filios tuos o Jerusalem, ut pullos sub alas, et noluisti, Matthaei 23<sup>1108</sup>. Ut gallina pullos suos sub alas suas, sic vos ego collegi ingratos, Esdrae 4. 1<sup>1109</sup>.  
¶ Serpentes pinguescunt ovis, Plinius<sup>1110</sup>.

¶ e. Qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent, Cicero Academicarum libro {3}<2><sup>1111</sup>. Gallinam altilem nominat Macrobius 3. 13<sup>1112</sup>. Pascales, id est pascuales, et oves et gallinae appellantur, quod passim pascantur, Festus<sup>1113</sup>. Graece nomades dixeris. ὄρνιθες σιτευτοί vel σιτιστοί nominatur ab Athenaeo libro 14.<sup>1114</sup> quae etiam foem. g. efferuntur, σιτευταί, σιτισταί. Plumulae saginandis gallinis vel capis sub cauda et clunibus detrahendae, vulgo dicuntur mastfädern.

Vocibus interea crebrum singultat acutis | Parturiens coniunx: quae scilicet ova subinde | Tollit anus, signatque dies, vigilem lucernam | Consulit: et Lunae crescentis tempora servans, | Ut primum gallina glocit, numero {impare}

these eggs, Athenaeus. Aristophanes in *Birds* plots the fact that the Love or Cupid\* is born from an egg full of wind delivered by the goddess Nyx\*. ¶ All the seeds contain nourishment in themselves, since the nature poured it into them together with the generating principle, as in the eggs. Thence Empedocles\* correctly says: The eggs are usual to be born from the branches set more aloft (*pháskōn ootokéin makrá déndra* - saying that the big plants beget eggs). In truth the constitution of the seeds is very similar to that of the eggs, Theophrastus\*.

¶ d. Jerusalem, Jerusalem, how many times have I willed to gather your children as the hen is doing with her chicks under the wings, and you didn't want it, Matthew 23:37. Like a hen her chicks under the wings, so I gathered you ungrateful persons, Ezra 4.1. ¶ The snakes fatten up with the eggs, Pliny.

¶ e. Who - the inhabitants of Delos\* - usually reared a lot of hens because of profit, Cicero in the 2<sup>nd</sup> book of *Academica*. Macrobius in *Saturnalia* III,13 quotes the hen to be fatten up. *Pascales* are said, that is *pascuales* - grazing - both the sheep and the hens since they go here and there to pasture, Festus\*. In Greek you could say *nomádes*. By Athenaeus in 14<sup>th</sup> book they are said well fed chickens - *órniθes siteutoí* or *sitistoi*, also declined in feminine gender, *sitentaí, sitistai*. The small feathers we need to remove from undertail coverts and from buttocks of hens to be fatten up or of capons\*, are usually said mastfädern.

The partner, while is laying the egg, often sobs with sharp sounds, and of course straight after the old woman takes up those eggs and marks the date, and watches the ever-lighted lantern: and, observing the periods of the growing moon, as soon as a hen clucks

<sup>1107</sup> *Deipnosophistai* II,50,57e.

<sup>1108</sup> *Matteo* 23:37: Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas et noluisti.

<sup>1109</sup> VULGATA SANCTI IERONIMI - *Esdra* II/IV,30: Ita vos collegi ut gallina filios suos sub alas suas. Modo autem quid faciam vobis? Proiciam vos a facie mea. § APOCRIFO DI ESDRA - Due libri degli apocriphi dell'Antico Testamento non inclusi nel canone biblico. Al nome di Esdra sono collegate almeno dieci opere, alcune canoniche (i libri biblici di Esdra e Neemia, altre apocrife: la Vulgata conosce due testi che chiama III e IV libro di Esdra e la maggior parte degli autori moderni segue questa denominazione. I protestanti invece chiamano tali scritti I e II libro di Esdra. (Microsoft ® Encarta ® 2006. © 1993-2005) § Impossibile trovare una gallina in Esdra nelle versioni italiane a mia disposizione. Per cui non si modifica la referenza di Gessner.

<sup>1110</sup> *Naturalis historia* X,197: Venenis capreae et coturnices, ut diximus, pinguescunt, placidissima animalia, at serpentes ovis, spectanda quidem draconum arte: aut enim solida hauriunt, si iam fauces capiunt, quae deinde in semet convoluti frangunt intus atque ita putamina extussunt, aut si tenerior est catulis adhuc aetas, orbe adprehensa spirae ita sensim vehementerque praestringunt, ut amputata parte ceu ferro e reliqua, quae amplexu tenetur, sorbeant.

<sup>1111</sup> *Academica* II 57: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant.

<sup>1112</sup> *Saturnalia* III,13: Coena haec fuit: Ante coenam echinos, ostreas crudas quantum vellent, peloridas sphondylos, turdum asparagos subtus, gallinam altilem, patinam ostrearum peloridum, balanos nigros, balanos albos: iterum sphondylos glycomaridas urticas ficedulas, lumbos capraginos aprugnos, altilia ex farina involuta, ficedulas murices et purpuras. In coena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium, patinam suminis, anates, querquedulae elixas, lepores, altilia assa, amulum, panes Picentes.

<sup>1113</sup> *De verborum significatione* - PASCALES OVES Cato posuit pro pascuales. § Assenti le *gallinae pascuales* nell'edizione parigina di Panckoucke del 1846.

<sup>1114</sup> *Deipnosophistai* XIV,74,656e.

<impari> subdit. | Versatisque diu, solers auscultat an intus, | Pipiat involucer pullus, tenerumque putamen | Pertunderit molli rostro, atque erumpere tentet, Politianus in Rustico.

¶ Ut equi ferocitatem deponant, pennam gallinae quo volueris modo eis deglutendam praebe, Eumelus. Graece legitur, Πτερὸν ὀρνιθίου οἴνω (lego ποίω) βούλει πρότω δίδου καταπιεῖν. ¶ Σκιμαλίζειν, tactu minimi digiti experiri an gallinae ova gerant. Vide Varinum, ex Scholiaste Aristoph. in Acharnenses, et Caelium 9. 37. Aristophanes utitur pro contemnere, ἔξουθενίζειν, χλευάζειν. ¶ Supponere ova gallinis, Cicero<sup>1115</sup>. ¶ Gallinarum pullos eo colore enasci aiunt, quo ova incubanda tincta fuerint, ut in libello quodam Germanico manuscripto legimus. Sunt qui ovo inscribunt quaecunque velint intus, quod cortex sit pervius et admittat colores. Gallas cum alumine tritas aceto subige. inde inscribe hoc liquore quod velis cortici: et siccatum impone muriae. vel cera obline ovum, et inscriptis literis stylo, ut cera dehiscat maneatque liturae, in quibus humor imponatur, siccum ovum coquito, donec durescat. inde acri aceto infunde. sic enim literae fiunt penetrabiles, quas cortice detracto videbis in ovo, Cardanus ex Africano in Geoponicis Graecis.

she sets an uneven number of eggs under the hen, and after she handled them slowly, skillfully listens if inside the flightless chick is peeping and has broken the tender shell with its soft beak, and if is trying to come out, Poliziano in *Rusticus*.

¶ So that the horses lose the impetuosity, give them to swallow a feather of hen in the way you prefer, Eumelus\*. In Greek we read: *Pterón ornithou oínoi* - with wine (I prefer *poíoi* - in what way) *boúlei prótoi dídou katapiéin*. ¶ *Skimalízein* - to sneer at, to kick - means to realize, by touching with the little finger, if the hens have some eggs. See Varinus who takes it from the scholiast of Aristophanes' *Acharnians* and Lodovico Ricchieri IX,37. For to despise, Aristophanes uses *exouthenízein* and *chleuázein*. ¶ To put the eggs under the hens, Cicero in *De natura deorum*. ¶ They say that the chicks of the hens are hatching with the color by which the eggs to be incubated have been soaked, as I read in a little German manuscript. There are some people writing inside the egg whatever they want, since the shell would be permeable and would allow the colors to pass. Dip in vinegar some gallnuts\* minced with alum\*. Then write what you desires on the shell using this liquid; and after it dried, put the former in brine. Or smear the egg with wax, and after having written the letters with a stylus, so that the wax opens and the letters remain, on which the liquid is put, cook the egg when it is dry until became hard, then put it in strong vinegar. In fact in this way the letters become penetrable and you will see them inside the egg after having removed the shell. Gerolamo Cardano\* reports this drawing it from the text of Sextus Julius Africanus\* contained in Greek *Geoponica*\*.

Page 455

¶ Ad lithostrota [455] conficienda (qualia vulgo Musaica vocant opera) ex frustulis lapidum diversorum colorum glutino tenaci invicem iunctis, sit maltha (glutinum) perpetua ex calce et sullo adipe, vel pice, aut ovi candido, Cardanus. Qui colores picturarum illustrant, ovi candidum spongia frangunt, donec prorsus tenue et aqueum fiat: quod ita fractum coloribus suis admiscet, ut vulgares etiam pictores. Olim ad adornandos crispandosque capillos albi liquoris ovi usus erat etiam pro iuvenibus, qui nunc puellis relinquitur, Tragus. In fornacibus laterum calx de testis ovorum uritur alchymistis utilis, Idem. ¶ In libro quodam Germanico manuscripto rationem traditam invenio, qua ebur fictitium e testis

¶ To manufacture *lithostrota* - mosaic floorings (as those they commonly call Mosaic works - as it is done in a niche devoted to Muses\*) from fragments of stones of different colors kept together by a strong glue, the mortar (the glue) has to be eternal using lime and fat of pig, either pitch\* or egg white, Gerolamo Cardano\*. Those who embellish the colors of the paintings mince with a sponge the egg white up to when it doesn't become very thin and of watery density: after having so shattered it, they mix it to their colors, as also common painters do. Once, to arrange and frizzle the hair, the egg white was also used by young people, which now is left to girls, Hieronymus Bock\*. In brick kilns is burnt the mortar drawn from eggshells which is useful to alchemists, still he. ¶ In a German handwritten book I find that is reported the explanation why the false ivory

<sup>1115</sup> *De natura deorum* II,124: Quin etiam anitum ova gallinis saepe subponimus; e quibus pulli orti primo aluntur ab his ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt et effugiunt sequentes, cum primum aquam quasi naturalem domum videre potuerunt: tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam.

ovorum fiat. ¶ Non praeteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt illud in se. ita hoc venenum auri est, Plinius<sup>1116</sup>.

¶ Nec minimo sane discrimine refert, Quo gestu lepores et quo gallina secetur, Iuvenalis Sat. 5.<sup>1117</sup> Si pingui lacertae, halinitro cyminoque farinam tritici miscueris, gallinae hoc cibo saginatae adeo pinguefaciunt homines, ut disrumpantur, Cardanus. ¶ Coqui ad fercula quaedam ova cochleari conquassare vel agitare solent, ut {undiquaque} <undiqueque> misceantur, Germani dicunt klopffen, hoc est pulsare. Ex lacte (inquit Apicius 7. 10.<sup>1118</sup>) lavas pulmones, et colas quod capere possunt, et infringis ova duo cruda. Ova quae non sint recentia veteres appellabant requieta, Brasavolus. Ova vetera vulgo evanida dicuntur, Ferrariae stantia, Latinis requieta, Brasavolus. Ova incocta pro crudis Marcellus dixit<sup>1119</sup>. Flos arbuti concavus est tanquam ovum exscalptum ore aperto, Theoph. de hist. 3. 16. Gaza interprete. Graece legitur, ἄνθος κοῖλον ὥσπερ ὠόν ἐγκεκολλαμένον, (forte ἐκκεκολλαμ.) τὸ στόμα δὲ ἀνεφγμένον. Iudaeos aiunt ova aperire parte acutiore, (ut si qua illic gutta sanguinis apparuerit, abstineant:) Italos obtusiore. nostri in latere aperiunt. Grandia praeterea tortoque calentia {foeno} <feno> | Ova adsunt ipsis cum matribus, Iuvenalis Sat. 11<sup>1120</sup>. Οὐσίδιον γὰρ καταλιπόντος μοι πατρός, | Οὕτω συνεστρογγύλικα, κάξεκόκκισα, (id est veluti nucleos e nucis pinea evacuavi,) | Ἐν μηνὶν ὀλίγοις, ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν, Nicomachus apud Athenaeum<sup>1121</sup>. Ματτύα<sup>1122</sup> κοινόν ὄνομα

is assembled starting from eggshells. ¶ I won't pass over in silence a marvelous thing even if not concerning the medicine: if pieces of hens are mixed with melting gold, they absorb it in themselves. Thus this is a poison of the gold, Pliny\*.

¶ Neither in truth it matters at all to discriminate with what a gesture the hares and with what a gesture a hen is quartered, Juvenal\* *Satira* 5. If you will make a wheat's flour mixture with a plump lizard, with saltpeter and cumin\*, the hens fed with this food make to fatten up the humans to such an extent that they burst, Cardano. ¶ The cooks to make some courses are usual to beat and remix the eggs with a spoon so that they wholly blend. The Germans say klopffen, that is, to crush. Apicius\* in *De re coquinaria* VII,10 says: You wash the lungs with milk and allow to strain what they can keep and break two raw eggs putting them inside. The un-recent eggs the ancients called them *requieta* - rested, Antonio Brasavola\*. The old eggs commonly are said *evanida* - deprived of strengths, in Ferrara *stantie* - stale, by Latins *requieta*, Brasavola. Marcellus Empiricus\* said *incocta* eggs - uncooked - to point out the raw eggs. The flower of the strawberry tree\* is concave as far as a dug egg is and with the open hole, Theophrastus\* in *Historia plantarum* III,16 translated by Theodorus Gaza\*. In Greek we read *ánthos koílon hōsper óón egkekollaménon* (perhaps *ekkekollaménon*) *tò stóma dè aneóigménon* - the flower is concave as an egg broken by the beak and which has the open mouth. They say that the Jews open the eggs from the most acute side (in such a way that if in that point a drop of blood is visible they would abstain), Italians open it from the obtuse side. My fellow countrymen open it on a side. Furthermore there are large and warm eggs in the twisted straw with the mothers themselves, Juvenal 11<sup>th</sup> *Satira*. *Ousídion gár katalipòntos moi patrós*, | *Oúto synestroggýlika, kaxekókķisa* (that is I removed the pine nuts as if it were a pinecone) | *En mēsin olígois, ōsper óón tis rhophōn* - In fact when my father left me a small property, I so rounded

<sup>1116</sup> *Naturalis historia* XXIX,80: Non praeteribo miraculum, quanquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se; ita hoc venenum auri est. At gallinae ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.

<sup>1117</sup> *Satira* V,123-124: [...] nec minimo sane discrimine refert | quo gestu lepores et quo gallina secetur.

<sup>1118</sup> *De re coquinaria* VII,10: IECINERA SIVE PULMONES - 1. Iecinera haedina vel agnina sic coques: aquam mulsam facies, et ova, partem lactis admiscis eis ut incisa iecinera sorbeant. coques ex oenogaro, piper asperso et inferes. - 2. Aliter [iecinera] in pulmonibus: ex lacte lavas pulmones et colas quod capere possunt, et infringis ova dua cruda, salis grana pauca, mellis ligulam, et simul commiscis et imples pulmones. Elixas et concidis. Teres piper, suffundis liquamen, passum, merum. Pulmones confrigis et hoc oenogaro perfundis.

<sup>1119</sup> *De medicamentis empiricis, physicis ac rationalibus liber*.

<sup>1120</sup> *Satira* XI,70-71: Grandia praeterea tortoque calentia feno | ova adsunt ipsis cum matribus, et servatae [...].

<sup>1121</sup> *Deipnosophistai* II,50,58a. Non sono disponibili notizie biografiche di Nicomaco comico, come possiamo dedurre da THE POETS OF GREECE di Edwin Arnold (1869). § L'edizione dei *Dipnosofisti* di Georgius Kaibel (1887) riporta il seguente testo: Οὐσίδιον [γάρ] μοι καταλιπόντος τοῦ πατρός, | οὕτω συνεστρογγύλα κάξεκόκκισα | ἐν μηνὶν ὀλίγοις ὥσπερ ὠόν τις ῥοφῶν. La traduzione inglese di C.D. Yonge (Londra, 1854) rispecchia maggiormente il testo greco citato da Gessner: For when my father had left me a very little property, | I scraped it so, and got the kernel out of it | In a few months, as if I had been a boy sucking an egg.

πάντων τῶν πολυτελεῶν ἡδυσμάτων, ut docet Artemidorus<sup>1123</sup> sic scribens de gallina mattya, (εἶ τις, lego περὶ, τῆς ὄρνιθος ματτύης:) Ἐσφάχθω μὲν διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλὴν, ἔστω δὲ ἕωλος καθάπερ ὁ πέρδιξ. εἰ δὲ θέλῃς ὡς ἔχει τοῖς πτεροῖς εἶν τετιλμένην. Et rursus, Καὶ νομάδα παχεῖαν ἔψε, καὶ νεοσσούς τῶν ἤδη κοκκυζόντων. id est Pascalem (libere pascentem) pinguem coque, et pullos iam cucur<r>ientes. Quod si libuerit inter pocula (παρὰ πότον) uti, olera (cocta) in catillum exime, et minutatim concisis gallinae carnes impone, labrusca cum suis acinis aestate aceti loco iuri adiecta, dum coquitur gallina. quam rursus eximes tempestive, priusquam vinacea remittat. haec quidem mattya suavissima fuerit.

Naucratarum nuptialibus coenis cavebatur, ne quis ovum intulisse vellet aut μελίπηκτα, id est mellita, Caelius ex Athenaeo<sup>1124</sup>, qui {Hermeam<sup>1125</sup>} <Hermiam - Hermeiam> citat authorem. Aegyptii purificationis tempore animatis omnibus et ovis quoque abstinebant, Porphyrius<sup>1126</sup>. Pythagoras interdicto illo quo a fabis abstinere (κυάμων ἀπέχεσθαι) iussit, per fabas ova intellexit, a quibus nimirum non alia ratione abstineri voluit quam a quorumvis animalium carnibus, par homini fore scelus existimans in ave aut avis ovo peccanti. Itaque eius discipuli quotidianum illud iactabant, Ἴσον τε (τοι) κυάμους ἔσθειν, κεφαλὰς τε τοκήων. quod est non differre comedisse ova, et parentum capita. Vocavit autem ovum

and stoned it in few months, as if I had been a fellow sucking an egg, Nicomachus comic in Athenaeus\*. *Mattya koinón ónoma pánton polytelon hēdysmáton* - *Mattya / mattye* is the common name of all sumptuous seasonings, as Artemidorus Aristophanius\* teaches, who so writes about the hen *mattya* (I interpret *ei tis* as *peri* - about - *tēs órniθος mattýēs* - the hen *mattye*): *Espháchthō mèn dià toú stómatos eis tēn kephalēn, éstō dè héolos katháper ho pérdix. eàn dè thélēs hos échei toís pteroís eán tetilménēn*. Kill her with a knife beginning from the mouth up to the head, keep her up to the next day as the partridge\*. If you desire, leave her plucked with the wings as she has them. And still: *Kaì nomáda pachéian hēpse, kaì neossoús ton édē kokkyzónton*, that is, cook a fat grazing one (freely grazing) and some already singing chicks. And if it will be pleasant to use between a libation and another (*parà póton*), put in a small dish some vegetables (cooked) and after you minced put on them the meat of the hen, in summer adding Labrusca\* to the broth with its grapes in place of vinegar as long as the hen is cooking. Then you will pay attention to remove her from fire early before she allows the grape stones to go out. In truth this *mattya* will be exceedingly delicious.

During the nuptial suppers of Naucratis\* inhabitants was paid attention that someone wanted to bring an egg or some *melípekta* - or honeyed flat cakes, that is, the *mellita* - in Latin, Lodovico Ricchieri\* drawing it from Athenaeus who quotes the writer Hermias. The Egyptians in purification's time abstained from all living beings and also from eggs, Porphyry\*. Pythagoras\* with that prohibition by which prescribed to abstain from broad beans\* (*kyámon apéchesthai*) - because of the favism\*, meant the eggs in place of the broad beans, from which - the former - he wanted without doubt to abstain for any other reason but to have to abstain from the meat of whatever animal, since he believed that for a human being it would have been an identical wickedness to sin with a bird or with an egg of bird. Insofar every day his followers repeated *Íson te (toí) kyámous ésthein, kephalás te tokéon*, that is, it is not

<sup>1122</sup> Termine verosimilmente di origine macedone del quale ricorrono altre due forme: ματτύα (anch'esso femminile come ματτύη) e ματτύης (maschile).

<sup>1123</sup> *Deipnosophistai* XIV,84,663d. In base a quanto riferisce Ateneo, Artemidoro ne parla in Ὀψαρτυτικάῖς γλώσσαις, Linguaggi dei cuochi.

<sup>1124</sup> *Deipnosophistai* IV,32,150a.

<sup>1125</sup> In greco Ἑρμείας, che però viene abitualmente latinizzato in Hermias. Si emenda Hermeam con Hermiam, concedendo a Gessner un eventuale Hermeiam, che tuttavia non corrisponde alla latinizzazione del dittongo greco ει in i. § HERMIAS fortasse Samius, Hermodori filius. (*Athenaei Naucratarum Deipnosophistarum libri XV*, recensuit Georgius Kaibel, 1887) § HERMEIAS of Methymna in Lesbos, the author of a history of Sicily, the third book of which is quoted by Athenaeus (x. p. 438); but we know from Diodorus Siculus (xv. 37) that Hermeias related the history of Sicily down to the year BC 376, and that the whole work was divided into ten or twelve books. Stephanus Byzantius (s. v. Χαλκίς) speaks of a Periegesis of Hermeias, and Athenaeus (iv. p. 149) quotes the second book of a work Περὶ τοῦ Γρυνεῖου Ἀπόλλωνος, by one Hermeias, but whether both or either of them is identical with the historian of Sicily is quite uncertain. (*Dictionary of Greek and Roman biography and mythology*, William Smith, Boston, 1867)

<sup>1126</sup> *De abstinentia ab animalibus* IV,7.

cyamon, quod quasi κύσις, id est foetura animalis esset, et conceptum eius intra se clauderet, Marcellus Vergilius. Pythagoras abstinere iussit ovis, et quae ex ovis nascuntur animalibus, Laertius. Cyami nomine non aliud intellexisse videtur Pythagoras, quam ovum, quod sit in eo animalium κύσις, id est foetura, Caelius. Plura leges apud Erasmum in Chiliadibus, in symbolo Fabis abstineto. ¶ Huc (ad superstitionem) pertinet, ovorum ut exorbuerit quisque calices cochlearumque, protinus frangi, aut eosdem cochlearibus perforari, Plin.<sup>1127</sup> Idem hodie circa ova Bavaria observari Bavarus quidam mihi narravit.

¶ h. An obsecro hercle habent quoque gallinae manus? Nam has quidem gallina scripsit, Plautus in Pseudolo<sup>1128</sup>. ¶ Quaestio ovum ne prius fuerit an gallina, movetur a Macrobio<sup>1129</sup>, et a Plutarco in Symposiacis 2. 3.<sup>1130</sup> ¶ Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam, dicentis quod ovum ex quaque gallina esset, Plin.<sup>1131</sup> Quum ovum inspexerant, quae gallina peperisset dicere (alias discernere) solebant, Cicero lib. 2. Academicarum<sup>1132</sup>. ¶ Extat Niciae cuiusdam perelegans tetrastichon, quo ridetur quidam tingendi capilli affectator: qui dum ei rei nimium studet, vitiata cute amiserit capillos omnes, hunc turpiter nudato capite ovum esse factum totum, facetissime Nicias cavillatur: Καὶ δασύς ὢν λίαν ὠόν ἅπας γέγονε, Caelius.<sup>1133</sup>

different to have eaten eggs and the heads of the parents. In fact he called the egg *kyamos* - broad bean, perhaps derived from *kyeo* = to conceive - since, so to say, it meant *kyesis* - conception, that is, as if it was an animal that would have given birth, and was holding inside of itself its product of conception, Marcello Virgilio Adriani\*. Pythagoras ordered to abstain from eggs and from animals born from eggs, Diogenes Laertius\*. With the word *kyamos* it seems that Pythagoras didn't mean but the egg since in it would lie the *kyesis* - the product of the conception, that is the fetus of the animals, Lodovico Ricchieri. More things you can read in *Adagia* of Erasmus from Rotterdam\* at the voice *Abstain from broad beans*. ¶ It belongs to the superstition that someone after having sipped them, he immediately breaks the shell of eggs and snails, or that still these fellows are doing holes with the shell, Pliny. A Bavarian fellow told me that today the same thing can be observed about the Bavarian eggs.

¶ h. I beg you, by Hercules, do hens also have hands? For a hen wrote these (letters) undoubtedly, Plautus\* in *Pseudolus*. ¶ The diatribe about the fact whether was born first the egg or the hen is aroused by Macrobius\* - in *Saturnalia* - and by Plutarch\* in *Convivial questions*. ¶ It is handed down a certain skillfulness of a certain poulterer saying that such an egg was of such a hen, Pliny. After having glanced at an egg, they were usual to say (that is to identify) what hen laid it, Cicero\* in the 2<sup>nd</sup> book of *Academici priores*. ¶ A refined strophe in four verses remains of a certain Nicia - Nicarchus - in which is mocked a fellow desiring to dye his mane: but while being very busy in succeeding, he would have lost all the hair since the skin went bad, and that he, after the head stripped in a filthy manner, wholly turned into an egg: Nicia is joking in a very witty manner: Καὶ δασύς ὢν λίαν ὠόν ἅπας γέγονε - And being too much hairy he wholly became like an egg. Lodovico Ricchieri

<sup>1127</sup> *Naturalis historia* XXVIII,19: Huc pertinet ovorum, quis exorbuerit quisque, calices coclearumque protinus frangi aut isdem coclearibus perforari.

<sup>1128</sup> *Pseudolus* 27-28 - PSEUDOLUS: An, obsecro hercle, habent quas gallinae manus? | Nam has quidem gallina scripsit.

<sup>1129</sup> *Saturnalia*, VII,16: [...] quin potius, si quid callet vestra sapientia, scire ex vobis volo, ovumne prius extiterit an gallina? [...] Aut enim gradiuntur animantia aut serpunt aut nando volandove vivunt. In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est: nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formatosque pullos parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis oriuntur generis sui, crocodilus vero etiam de testeis, qualia sunt volantium.

<sup>1130</sup> *Symposia (Quaestiones conviviales)*, II 3,1 sgg. (= pag. 635D sgg.)

<sup>1131</sup> *Naturalis historia* X,155: Traditur quaedam ars gallinarii cuiusdam dicentis, quod ex quaque esset. § Potrebbe trattarsi di uno degli allevatori di Delo\*, come afferma Cicerone nella citazione successiva

<sup>1132</sup> *Academici priores* II,86: An tibi erit quaerendus anularius aliqui, quoniam gallinarium invenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret?

<sup>1133</sup> Il brano è attribuito a uno dei due epigrammatisti greci di nome Nicarco oggi presenti nell'Antologia Palatina\*. § Nicarco - in greco Νίκαρχος: nome di due epigrammisti greci, considerati per lungo tempo uno solo, ma diversi per età e stile. Il più antico (sec. I aC) è presente nella CORONA di Meleagro di Gadara\*; il secondo (sec. I dC), autore di 40 epigrammi satirici, è contemporaneo di Marziale\* e probabilmente è quello etichettato come Nicias da Lodovico Ricchieri a pagina 813 di *Lectiones antiquae* (1516). § Ecco i dati in inglese relativi al secondo Nicarco. Nicarchus or Nicarch was a Greek poet and writer of the first century AD, best known for his epigrams, of which forty-two survive under his name in the Greek Anthology, and his satirical poetry. He was a contemporary of, and influence on, the better-known Latin writer Martial. A large proportion of his epigrams are directed against doctors. Some of his writings have been found at Oxyrhynchus in Egypt.

wholly became like an egg, Lodovico Ricchieri.

¶ Scribit Neocles {Crotoniata} <Crotoniates<sup>1134</sup>>, ovum ex quo prognata credatur Helena, ex luna delapsum. quippe ova parere Selenitidas mulieres, indeque nascentes homines quinquies decies esse nobis ampliores, quod approbat Herodorus quoque Heracleotes<sup>1135</sup>, Caelius ex Athenaei lib. 2.<sup>1136</sup> Superiora aedium tabulata, quae ὑπερφῶα nunc vocant, olim ὄϊα (vel φῶα) vocabant. et Helena in istis domus partibus nata, ex ovo genita, existimata est, ut Clearchus in Eroticis tradit<sup>1137</sup>. Vide plura infra in Proverbis, Ex ovo prodiit, et, Ovo prognatus eodem.

¶ Ovi somnio thesaurus indicatus, ut supra retuli in b. ex Caelio Rhodigino<sup>1138</sup>. Ὠά κρατεῖν ἔσθαι τε σημαίνει λύπας, Suidas.

¶ Livia Augusta prima sua iuventa, Tiberio Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo, atque cum deponendum [456] haberet, nutrici per sinum tradendo ne intermitteretur tepor. Nec falso augurata proditur, Plinius<sup>1139</sup>. Gallinam cum lauri ramulo cecidisse ferunt in sinum Liviae Drusillae, etc. Niphus<sup>1140</sup>. Ad {Gallinam}

¶ Neocles of Croton writes that the egg, from which they would believe that Helen\* is born, would be fallen down from the moon. In fact the women of the moon give birth to eggs and from them are hatching humans fifteen times greater than us, and about this also Herodorus of Heracleia agrees, Lodovico Ricchieri draws this from the 2<sup>nd</sup> book of Athenaeus. The upper floors of the houses now call them *hyperoia*, once called them *oia* (or *oia*). And they thought that Helen had been born in these parts of the house and that she hatched from an egg, as Clearchus of Soli\* reports in *Erotiká*. See a larger quantity of data below, in Proverbs, at the voices HE WENT OUT FROM AN EGG and BORN FROM THE SAME EGG.

¶ By dreaming an egg a treasure has been pointed out, as I previously reported in the paragraph b drawing it from Lodovico Ricchieri. Ὠά κρατεῖν ἔσθαι τε σημαίνει λύπας - To hold the eggs and to eat them forecasts some pains, the lexicon Suidas\*.

Page 456

¶ Livia Drusilla\* - or Julia Augusta - when was rather young, pregnant of the future emperor Tiberius\* thanks to Tiberius Claudius Nero\*, since she absolutely desired to give birth to a male, used the following method of prediction, typical of the young women, heating an egg in her breast and, when had to put it down, she gave it to a nurse who had to put it among the breasts, so that the heat didn't break down. And it is handed down that this type of auspice didn't turn out to be fallacious,

<sup>1134</sup> Nulla è noto di questo Neocle (forse un pitagorico) eccetto quanto viene riferito da Ateneo. Crotona è la città portuale, capoluogo di provincia della Calabria, situata su un promontorio della costa del mar Ionio, nella vasta regione collinare del Marchesato.

<sup>1135</sup> Erodoro di Eraclea sul Ponto fu uno scrittore greco che fiorì intorno al 400 aC. Ci restano frammenti di una sua *Storia di Eraclea* (in 17 libri), primo esempio di romanzo pragmatico in cui sono riferite notizie geografiche, scientifiche, astronomiche e mitologiche. Fu autore anche di varie altre opere mitografiche.

<sup>1136</sup> *Deipnosophistai* II,50,57f.

<sup>1137</sup> Questo brano è tratto, come il precedente, da *Deipnosophistai* II,50,57e-f.

<sup>1138</sup> A pagina 452\*, traendolo dal lessico Suida che lo riporta dal libro degli oracoli di Crisippo\*. § Lodovico Ricchieri *Lectiones antiquae* (1516) pagina 755: Et ad Coniectorem detulit quidam, somniasse se, Ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis, Respondit is, latere sub lecto infossum thesaurum. Fodit, auri aliquantulum invenit, Idque argento circumdatum. Coniectori misit de argento, quantum est visum. Tum ille, nihil ne inquit, de Vitello?

<sup>1139</sup> *Naturalis historia* X,154: Quin et ab homine perficiuntur. Iulia Augusta prima sua iuventa Tib. Caesare ex Nerone gravida, cum parere virilem sexum admodum cuperet, hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo atque, cum deponendum haberet, nutrici per sinum tradendo, ne intermitteretur tepor; nec falso augurata proditur. Nuper inde fortassis inventum, ut ova calido in loco inposita paleis igne modico foverentur homine versante, pariterque et stato die illinc erumperet fetus.

<sup>1140</sup> Ammesso - ma non concesso vista la difficoltà della ricerca - che l'episodio venga tramandato da Agostino Nifo, le sue fonti furono senz'altro Svetonio e Plinio. § Svetonio\* *De vita Caesarum - Galba* 1: Progenies Caesarum in Nerone defecit; quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus apparuit. Liviae, olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum revisenti, praetervolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium; cumque nutririi alitem, pangi ramulum placuisset, tanta pullorum suboles provenit, ut hodieque ea villa ad Gallinas vocetur, tale vero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mox triumphantibus, illas confestim eodem loco pangere; et observatum est, sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno et silva omnis exaruit radicitus, et quidquid ibi gallinarum erat interiit; ac subinde tacta de caelo Caesarum aede, capita omnibus simul statuis deciderunt, Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est. § Plinio *Naturalis historia* XV, 136-137: Sunt et circa Divum Augustum eventa eius digna memoratu. Namque Liviae Drusillae, quae postea Augusta matrimonii nomen accepit, cum pacta esset illa Caesari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremium inlaesam, intrepideque miranti accessit miraculum. Quoniam teneret in

<Gallinas> villa Caesarum fuit ad Tyberim via Flaminia. quae ab eo dicta est, quod Augustae ex alto abiecit in gremium aquila conspicui candoris gallinam. lauri ramum suis baccis foetum rostro tenentem, quam servari iusserant aruspices, ramum vero inseri diligenter: quod ad villam factum est, quae hac de causa Ad {gallinam} <gallinas> dicta fuit. Vide etiam infra in Proverbio, Albae gallinae filius. Alia quaedam leges in Gallo h.

Orpheus scripsit Ooscopica, Ὀσσοπικὰ, Suidas<sup>1141</sup>. hoc est de divinatione ex ovis. Ovorum quondam purgandis piaculis, lustrationibusque quotidianus erat usus: et in Bacchi Orgiis aliorumque deorum sacrificiis, ubi pro homine solvendum aliquid deo esset, adhibebantur. Omittimus quae in Orphicis et Bacchi Orgiis, in hac ipsa re observata ab antiquis traduntur. id solum ex eis repetemus, ideo religioni ova inservi<i>sse, et in tanto honore cunctis gentibus fuisse, quod capiente omni mundo tot animalium naturas et genera, nullum fere est in quo non ex ovo species aliqua nascatur. Volucres passim ovum gignunt. aquatilia in mari pene infinita. in terrestribus lacertae<,> in ambiguis et quibus in terra aeque quam in aqua victus est, crocodili. in bipedibus aves. in carentibus pedibus, angues. in multipedibus attelabi<sup>1142</sup>: et ne longiores simus, in pluribus generibus aliis plura alia. Ob quae totam referre naturam credita fuerunt: et in religione ad placanda exorandaque numina gratiorem habere potestatem: Marcellus Vergilius, nimirum ex Saturnalibus Macrobii 7. 16.<sup>1143</sup> cuius verba

Pliny\*. They report that in lap of Livia Drusilla a hen fell with a sprig of laurel\* etc., Agostino Nifo\*. On the bank of the Tiber, on via Flaminia, there was a villa of the Caesars named *At Hens*. Which was so named since an eagle cast down from on high into Livia Drusilla's - or Julia Augusta - lap a hen of unusual whiteness. That was holding in its beak a branch of laurel full of its own drupes, and the haruspices bade the former should be kept, while the branch to be carefully planted: this was done near the villa which, as I said, was called *At Hens* for this reason. See also more ahead in the proverb SON OF A WHITE HEN. Some other things you can read in the paragraph h of the Cock.

Orpheus\* wrote *Ooskopikà*, the lexicon Suidas\*. That is, on the divination from eggs. In past times to expiate the sins and for purifying rituals a daily employment of the eggs existed: the eggs were also employed in the orgies\* of Bacchus\* and during the sacrifices of other gods, when something on behalf of humans was to be paid to the god. I omit those things which on this same matter about Orphic and Bacchic orgies are handed down by ancients. I shall only quote from them what follows, that eggs helped the religion and have been held in so much honor by all peoples because, even if all the world contains so many types and kinds of animals, there is almost none in which a species does not grow out of the egg. Birds everywhere lay an egg. Aquatic animals in the sea lay almost an infinite number of them. Among land animals the lizards, among those of uncertain classification and having food both on land and in water, the crocodiles. The birds among bipeds. The snakes among those lacking legs. The locusts without wings\* among many-footed creatures: and, to extend the list no further, among many other genera many others. Because of these facts the eggs were believed to reproduce all living beings: and to have in religion a more favorable power for placation and arousing gods' pity, Marcello Virgilio Adriani\*, certainly from

---

rostrum laureum ramum onustum suis bacis, conservari alitem et subolem iussere haruspices ramumque eum seri ac rite custodiri: [137] quod factum est in villa Caesarum fluvio Tiberi inposita iuxta nonum lapidem Flaminiae viae, quae ob id vocatur Ad Gallinas, mireque silva provenit. Ex ea triumphans postea Caesar laurum in manu tenuit coronamque capite gessit, ac deinde imperatores Caesares cuncti. Traditusque mos est ramos quos tenuerunt serendi, et durant silvae nominibus suis discretas, fortassis ideo mutatis triumphalibus.

<sup>1141</sup> Alla voce ORFEO.

<sup>1142</sup> Il greco *attélabos*, con la variante ionica *attélebos*, indica una locusta senza ali\*. Si tratta di un termine derivato dal semitico oppure dall'egiziano. In Plinio\* *Naturalis historia* XXIX,92 troviamo *attelebus*: Noctua apibus contraria et vespis crabronibusque et sanguisugis; picì quoque Martii rostrum secum habentes non feriuntur ab iis. Adversantur et locustarum minimae sine pinnis, quas attelbos vocant. § Nessun'altra ricorrenza di *attelebus* è segnalata nei lessici di latino classico, tantomeno di *attelabus*. che venne impiegato da Marcello Virgilio Adriani in una rielaborazione dei *Saturnalia* di Macrobio VII,16 dove costui disquisisce se sia nato prima l'uovo o la gallina. Tale rielaborazione appartiene al commento all'uovo di Dioscoride, libro II capitolo 43 DE OVO, ma *attelabus* è presente anche nel commento al libro II capitolo 45 DE LOCUSTIS (*Pedacii Dioscoridae Anazarbei de Medica materia libri sex a Marcello Virgilio Secretario Florentino latinitate donati cum eiusdem commentationibus*, 1523)

<sup>1143</sup> *Saturnalia* VII,16: Nec inportune elementis, de quibus sunt omnia, ovum comparaverim: in omni enim genere animantium quae ex coitione nascuntur invenies ovum aliquorum esse principium instar elementi. Aut enim gradiuntur animantia aut serpunt aut nando volandove vivunt. In gradientibus lacertae et similia ex ovis creantur: quae serpunt ovis nascuntur exordio: volantia universa de ovis prodeunt excepto uno quod incertae naturae est: nam vespertilio volat quidem pellitis alis, sed inter volantia non habendus est qui quattuor pedibus graditur formatosque pullos parit et nutrit lacte quos generat: nantia paene omnia de ovis oriuntur generis



superius retuli. Καὶ εἶπου εὔροι ἐν τῇ τριόδῳ ἐκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ὄν ἐκ καθαρσίου, Lucianus in dialogis mortuorum. id est, Sicubi comperiat in triviis<sup>1144</sup> Hecates coenam iacentem. aut ex catharsio ovum.

Catharsium in Graecorum doctrina videtur purificatio quaedam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt, conciones expurgandi, atque theatra, et omnino quemlibet populi conventum. id vero minutis fiebat porcellis, quos nominabant catharsia. eiusmodi obibant munus, qui dicebantur a collustratione peristiarchi. Ova expiationibus apta monstrat Iuvenalis illud<sup>1145</sup>, Nisi se centum lustraverit ovis. Sed et in arte<sup>1146</sup> Ovidius, ova haec lustralia indicat illis versibus: Et veniat quae lustret anus, lectumque locumque | Praeferat, et tremula, sulphur et ova manu. Eius autem ab recentioribus ratio promitur, quod ex animalium generibus adeo multiformibus, plurima {a} edantur ovis, quae velut media sint inter animal et non animal. proinde pergrata diis censuere veteres, Caelius{,}<.> In purgationibus praeterea notamus ova adhiberi solita, et sulphura, taedas, lauros et similia, ut ex Plinio, Iuvenale, Ovidio, Apuleio poetis caeteris colligimus, Gyrald.<sup>1147</sup> Ovi quod in Cereali pompa solitum fuerit esse primum, meminit Varro de re rust. 1. 2.<sup>1148</sup> Gallinae luteo rostro pedibusque ad rem divinam purae non videntur: ad opertanea sacra, nigrae, Plin.<sup>1149</sup>

Saturnalia VII,16 of Macrobius\* whose words I previously quoted. Καὶ εἶπου βεῦροι ἐν τῇ τριόδῳ ἡκὰτῃς δεῖπνον κείμενον, ἢ ὄν ἐκ καθαρσίου, Lucian\* in *Dialogues of the dead*, that is, If elsewhere he would find in the trivium the laying lunch of Hecate\*, or an egg coming from a sacrifice of purification.

According to the manner of thinking by Greeks it seems that it is said *katharsion* a certain type of purification. For they hand down that in Athens it was custom to purify the brokers and the theaters and absolutely any people's meeting. In truth this happened with small pigs they called sacrifices of purification. They took such a task those people said givers of lustral sacrifices because of the purification. That verse of Juvenal\* indicates us the eggs suited for purifications: Unless she will purify herself with a hundred eggs. But also Ovid\* in *Ars amatoria* indicates these expiatory eggs with these verses: And let the old woman come to purify both bed and room, bearing in her trembling hand both sulphur\* and eggs. Actually from by more recent authors his thought is advocated, since from so multiform animal species with the eggs are produced lots of things that would be almost an alternative between an animal and a not animal. Therefore the ancients believed that they were extremely pleasant to gods, Lodovico Ricchieri\*. Besides we notice that in the purifications the eggs are usually used, as also the sulphurs, the branches of pine, the branches of laurel\* and similar things, as we deduce from Pliny, Juvenal, Ovid, Apuleius\* and other poets, Giglio Gregorio Giraldi\*. Varro\* in *Rerum rusticarum* I,2 made mention of the egg which in the procession of Ceres\* was habitually in the front line. Hens with yellow beak and legs are not considered uncontaminated for divine services: the black ones are suitable for secret rites, Pliny.

---

sui, crocodilus vero etiam de testibus, qualia sunt volantium. Et, ne videar plus nimio extulisse ovum elementi vocabulo, consule initiatos sacris Liberi patris: in quibus hac veneratione ovum colitur, ut ex forma tereti ac paene sphaericali atque undique versum clausa et includente intra se vitam mundi simulacrum vocetur: mundum autem consensu omnium constat universitatibus esse principium.

<sup>1144</sup> Nell'incrocio di tre strade, luogo di culto di Ecate (spesso luogo di ritrovo di indovini e fannulloni), da cui l'epiteto latino *Trivium* riservato alla dea e l'aggettivo italiano triviale del XVII secolo col significato di proprio del trivio, e quindi volgare, scurrile, sguaiato. Nel trivio il trenta del mese veniva messo il pranzo di Ecate per i poveri.

<sup>1145</sup> *Satira VI*, 518.

<sup>1146</sup> *Ars amatoria* II,329-330.

<sup>1147</sup> *Historiae Deorum Gentilium* Syntagma XVII DE SACRIFICIIS (Basileae, Oporinus 1548).

<sup>1148</sup> L'edizione Aldina\* del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene *cereali*. Anche una citazione a piè di pagina in DESCRIPTION OF THE CIRCUS IN VIA APPIA NEAR ROME (Rev. Richard Burgess, London, 1828) riporta *Cereali* con c maiuscola come Gessner. § La mia fonte elettronica - *Rerum rusticarum* I,2 [www.thelatinlibrary.com](http://www.thelatinlibrary.com) - recita qualcosa che è alquanto discordante da Gessner: Illi interea ad nos, et Stolo, Num cena comessa, inquit, venimus? Nam non L. videmus Fundilium, qui nos advocavit. Bono animo este, inquit Agrius. Nam non modo ovom illud sublatum est, quod ludis circensibus novissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ovom vidimus, quod in cenali pompa solet esse primum.

<sup>1149</sup> *Naturalis historia* X,156: Gallinarum generositas spectatur crista erecta, interim et gemina, pinnis nigris, ore rubicundo, digitis imparibus, aliquando et super IIII digitos traverso uno. Ad rem divinam luteo rostro pedibusque purae non videntur, ad opertanea sacra nigrae. Est et pumilionum genus non sterile in his, quod non in alio genere alitum, sed quibus centra, fecunditas rara et incubatio ovis noxia.

De Termini sacrificio Prudentius contra Symmachum<sup>1150</sup> ita canit: Et lapis illic | Si stetit<sup>1151</sup> antiquus, quem cingere sueverat error | Fasceolis<sup>1152</sup>, vel gallinae pulmone<sup>1153</sup> rogare, | Frangitur, et nullis violatur Terminus extis. Aesculapio gallinae immolabantur, Festus. vide in Gallo h<sup>1154</sup>. Libet expectare quis aegram | Et claudentem oculos gallinam impendat amico | Tam sterili, (pauperi,) Iuvenalis Sat. {2.} <12.><sup>1155</sup> immolabant enim nimirum diis, praesertim Aesculapio, pro salute et sanitate donanda gallinas. Magi Zoroastren secuti canes, gallinas (ὄρνιθας) et terrestres echinos bono deo attribuunt, aquaticos autem malo, Plutarchus in libro de Iside et Osiride<sup>1156</sup>. Ex

Prudentius\* in *Contra Symmachum*\* sings thus about the sacrifice of Terminus\* - the god of boundaries: And if an ancient stone stood there, which the error was accustomed to surround with bands, or to supplicate with a hen's lung, it is broken and Terminus is violated with no entrails of victims. To Aesculapius\* were immolated hens, Festus\*. See in the paragraph h of the Cock. It is pleasant to wait for someone who sacrifices a sick hen and which is closing its eyes for so an unproductive friend (poor), Juvenal *Satira* XII. In fact without doubt they immolated the hens to the gods, above all to Aesculapius, so that the health and the wellbeing was lavished. The Magi, the Persian priests who conformed themselves to Zoroaster\*, attribute the dogs to the good god, the hens (ὄρνιθας) and the terrestrial hedgehogs\* but those of water\* - see urhines

<sup>1150</sup> *Contra Symmachum* II, 1005-1008 - a pagina 664 di *Aurelii Prudentii Clementis opera* interpretate e annotate da Stephanus Chamillard SJ, Parisiis, apud Viduam Claudii Thiboust et Petrum Esclassan, 1687.

<sup>1151</sup> Stephanus Chamillard, pag. 664 - *Lapis illic si stetit*: Terminorum Deus, de quo hic loquitur, colebatur sub figura rudis ac informis lapidis, vel stipitis. Ovid, *Fast.* lib. 2: *Termine, sive lapis sive es defossus in agro/stipes, ab antiquis tu quoque numen habes*. Et Tibull. lib. 1 eleg. 1: *Nam veneror, sed stipes habet desertus in agris, seu vetus in trivio florida sarta lapis*. In nummis tamen gentis Calpurniae, quae originem a Numa ducebat, modo caput Termini expressum est, modo integrum simulachrum.

<sup>1152</sup> Stephanus Chamillard, pag. 664 - *Cingere fascioliis*: Terminales lapides floribus, fascisque donavit antiquitas, tanquam iudices et arbitros finium, ac proinde pacis et amicitiae custodes. Siculus Flaccus de conditionib. agror.: *Cum Terminos disponerent, ipsos quidem lapides in solidam terram collocabant, proxime ea loca, quibus fossis factis defixuri eos erant, et unguento, velaminibusque, et coronis eos ornabant*.

<sup>1153</sup> Stephanus Chamillard, pag. 664 - *Gallinae pulmone*: Neminem repperi, qui Prudentio astipularetur. Nam Ovidius lib. 2 *Fast.* ubi loquitur de *Terminalibus*, quae fiebant 23 Februarii, quo nempe ita annum quoque terminare viderentur, immolari agnum Termino, seu suillam asserit: *Spargitur et caeso communis Terminus agno, nec queritur lactans cum sibi porca datur*. Quod si Plutarcho credimus: Termino apud Romanos frugibus ignem jactis, et favis, et vino litabatur.

<sup>1154</sup> Parlando del gallo, e specificamente nel paragrafo h a pagina 408\*, Gessner non riporta questa citazione di Festo, riferita invece da Giraldi in *Historiae Deorum Gentilium* (1548) Syntagma XVII: Aesculapio de capra res divina in primis fiebat, quoniam capra nunquam sine febre esse dicitur: salutis vero deus Aesculapius. Sed et gallus illi immolabatur, ut est alibi a me dictum. Sunt qui gallinas scribant, et has quidem rostro nigro, nigrisque pedibus, et digitis imparibus. Si enim luteo essent rostro, vel pedibus, impurae putabantur ab aruspibus. § Festo parla di galline immolate a Esculapio alla voce *In Insula* del suo *De verborum significatione*. IN INSULA – Aesculapio facta aedes fuit, quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur. Eiusdem esse tutelae draconem, quod vigilantissimum sit animal: quae res ad tuendam valetudinem aegroti maxime apta est. Canes adhibentur eius templo, quod is uberibus canis sit nutritus. Bacillum habet nodosum, quod difficultatem significat artis. Laurea coronatur, quod ea arbor plurimorum remediorum. Huic gallinae immolabantur.

<sup>1155</sup> *Satira* XII, 95-97: Libet expectare quis aegram | et claudentem oculos gallinam impendat amico | tam sterili;

<sup>1156</sup> Il testo greco di Plutarco (*Iside e Osiride* 46,267-268), cui fa riferimento la citazione di Gessner, si presenta in due versioni diverse. In una versione troviamo quanto proposto da Gessner, nell'altra quanto proposto dalla traduzione inglese del testo di Plutarco pubblicata dalla Loeb Classical Library. Si tratta di accettare τούς ἐνύδρους (quelli d'acqua) oppure μῦς ἐνύδρους (topi d'acqua). È un problema che Gessner già si era posto in *Historia animalium* I (1551) pagina 830 disquisendo DE MURE AQUATICO e che troveremo dopo le citazioni inerenti il brano in discussione. Vedremo che quasi per ironia della sorte Gessner salva dalle grinfie degli Zoroastriani il ratto delle chiaviche (che forse collaborò nel farlo morire di peste il 13 dicembre 1565\*) per sostituirlo, da un esatto punto di vista linguistico, con la tartaruga d'acqua. L'analisi di questi dati è presente nel lessico alla voce ratto\*. § Andiamo con ordine e vediamo i vari testi in sequenza, nei quali compariranno ricci di mare oppure topi d'acqua. Non stiamo a discutere se ὄρνιθας va tradotto con polli/galline oppure più genericamente con uccelli. § FREDERICUS DÜBNER: Καὶ γὰρ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δὲ τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι· καὶ τῶν ζώων, ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους, τοῦ ἀγαθοῦ· τοῦ δὲ φαύλου, τοὺς ἐνύδρους εἶναι· διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν. - Nam et de stirpibus ita iudicant, quasdam boni dei esse, mali quasdam genii: et animalium alia, ut canes, aves, et echinos terrestres, bono, aquaticos malo adjudicant; itaque et beatum eum praedicant, qui plurimos interfecerit. (Plutarchi *Scripta moralia* Graece et Latine – Fredericus Dübner – Parisiis - Firmin Didot – 1868) § W. SIEVEKING: Καὶ γὰρ τῶν φυτῶν νομίζουσι τὰ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ, τὰ δὲ τοῦ κακοῦ δαίμονος εἶναι, καὶ τῶν [369.F] ζώων ὥσπερ κύνας καὶ ὄρνιθας καὶ χερσαίους ἐχίνους τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ [δὲ] φαύλου μῦς ἐνύδρους εἶναι· διὸ καὶ τὸν κτείναντα πλείστους εὐδαιμονίζουσιν. (ed. W. Sieveking, *Plutarchi moralia*, vol. 2.3, Leipzig 1935) § LOEB CLASSICAL LIBRARY: In fact, they believe that some of the plants belong to the good god and others to the evil daemon; so also of the animals they think that dogs, fowls, and hedgehogs, for example, belong to the good god, but that water-rats belong to the evil one. (published in the Loeb Classical Library, 1936) § Conrad Gessner *Historia animalium* I (1551) pagina 830 DE MURE AQUATICO. Magos qui Zoroastren sectantur, imprimis colere aiunt herinaceum terrestrem, maxime vero odisse mures aquaticos (μῦς ἐνύδρους,) & quo quisque plures

animatis olim sex sacrificia in usu erant, de ove, sue, bove, capra, gallina et ansere, Suidas. vide in Ove h. Orpheus scripsit Oothytica, Ὀοθυτικά, Suidas<sup>1157</sup>. id est de sacrificiis ex ovis. Ovorum hecatombe, Ὠῶν ἑκατόμβη ab Ehippo nominatur. (per iocum,) Athenaeus<sup>1158</sup>.

¶ PROVERBIA a gallina. Feliciter natum, Albae gallinae filium dicimus. Quia tu gallinae filius albae, Iuvenalis Sat. 13.<sup>1159</sup> Vel quod laeta atque auspicata Latini alba vocant, vel quod proverbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius Tranquillus in Galba<sup>1160</sup>, his quidem verbis: Liviae olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum revisenti, praetervolans aquila, gallinam albam, ramulum laureum in rostro tenentem demisit in gremium. Cumque nutriri alitem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. Tale vero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent. Fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et observatum est, sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno, et sylvae omnis exaruit radicitus: et quicquid ibi gallinarum erat, interiit. Conveniet igitur adagium in eos, qui rara et fatali quaedam felicitate successuque rerum utuntur. Huic diversum est illud apud eundem Iuvenalem<sup>1161</sup>, Nati infelicibus ovis.

terrestrial hedgehogs\*, but those of water\* - sea urchins - to the bad god, Plutarch\* in the treatise *Isis and Osiris*\*. Once it was custom to do six types of sacrifices using living beings: with sheep, pig, ox, goat, hen and goose, the lexicon Suidas. See in Sheep paragraph h. Orpheus wrote *Oothytiká*, the lexicon Suidas. That is, on the sacrifices done with eggs. By Ehippus\* (joking) is mentioned a hecatomb\* of eggs, *Oón hekatómbe*, Athenaeus.

¶ PROVERBS DRAWN FROM THE HEN. We call one who is happily born Son of a white hen. Because you are son of a white hen, Juvenal *Satira* XIII. Either because Latins call white the cheerful things and with favorable auspices, or because the proverb alludes to that hen wanted by the fate mentioned by Suetonius Tranquillus\* in *Galba*\* and with the following words: Once to Livia, who soon after the marriage with August\* went to see again her farm in the territory of Veius, an eagle passing in flight left to fall into her lap a white hen holding in its beak a branch of laurel. And since came her the desire to feed the bird and to plant the branch, so many chicks sprang that still today that country residence is said *At hens*. And the twig gave life to such a grove of laurels that the Caesars near the triumph picked the crowns of laurel from it. And it became custom for those people who had celebrated the triumph to immediately plant in the same place other laurels. And it was observed that, in proximity of the death of every one, the tree he planted had lost vigor. Insofar, during the last year of the life of Nero\*, both the whole wood dried up until the roots, and anything had a relationship with the hens died. Insofar the proverb is suitable for those people enjoying a rare happiness and wanted by the fate, as well as a success in

---

occiderit, eo chariorem deo feliciorumque existimare, Plutarchus Symposiacorum quarto quaestione ultima. Et mox, Quare Iudaei etiamsi execrarentur suam, occidere deberent, ut magi mures. Caeterum in Commentario de Iside, magos scribit animalia quaedam boni daemonis esse putare, ut canes & gallinas, & terrestres echinos: mali autem aquaticos esse, τοὺς ἐνύδρους εἶναι: lego τοὺς ἐνύδρους μῦς, ex superioribus locis. An vero aquaticos mures intelligat illos de quibus hic scribimus, incertum est; ego testudines aquaticas potius, (nam has quoque mures appellant,) intellexerim. § Plutarcho *Convivialium disputationum* Liber IV Quaestio V UTRUM SUAM VENERANTES IUDAEI, AN POTIUS AVERSANTES, CARNE EIUS ABSTINEANT. Magos autem, qui a Zoroastre descendunt, terrestrem echinum quam maxime venerari, mures aquatiles [τοὺς ἐνύδρους μῦς] odisse, diisque carum et beatum iudicare eum qui plurimos interfecerit. Existimo autem Iudaeos, si abominarentur porcum, interfecturos eum fuisse, sicut mures [τοὺς μῦς] necant magi: nunc tam interficere, quam edere suam iis est religio. (Plutarchi *Scripta moralia* Graece et Latine – Fredericus Dübner – Parisiis - Firmin Didot – 1868)

<sup>1157</sup> Alla voce ORFEO.

<sup>1158</sup> *Deipnosophistai* II,50,58a. § And Ehippus says: Cakes made of sesame and honey, sweetmeats, | Cheese-cakes, and creamcakes, and a hecatomb | Of new-laid eggs, were all devoured by us. (translated by C. D. Yonge in *Deipnosophists or Banquet of the learned*, London, Henry G. Bohn, 1854 – traduzione basata sull'edizione del testo greco di Schweighäuser, Strasburg, 1801-1807)

<sup>1159</sup> *Satira* XIII,141.

<sup>1160</sup> Svetonio *De vita Caesarum - Galba* 1: Progenies Caesarum in Nerone defecit; quod futurum, compluribus quidem signis, sed vel evidentissimis duobus apparuit. Liviae, olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum revisenti, praetervolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium; cumque nutriri alitem, pangi ramulum placuisset, tanta pullorum suboles provenit, ut hodieque ea villa ad Gallinas vocetur, tale vero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mox triumphantibus, illas confestim eodem loco pangere; et observatum est, sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo novissimo Neronis anno et silva omnis exaruit radicitus, et quicquid ibi gallinarum erat interiit; ac subinde tacta de caelo Caesarum aede, capita omnibus simul statuis deciderunt, Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est.

<sup>1161</sup> *Satira* XIII,141-142: quia tu gallinae filius albae, | nos viles pulli nati infelicibus ovis?

Non abhorret huic quod scribit M. Tullius libro Epistolarum familiarium septimo ad {Curionem} <Curium><sup>1162</sup>: Quum enim salutationi nos dedimus amicorum, quae fit {ex} hoc etiam frequentius quam solebat, quod quasi avem albam {videtur} <videntur> bene sentientem civem videre, abdo me in bibliothecam. Veteres enim quod inauspicatum haberi volebant, atrum aut nigrum vocabant: quod felix, album. Unde apud Senecam<sup>1163</sup> Asinius Pollio, Albutii sententias, quod in affectatae essent et apertae, solitus est {albos} <albas> appellare. Quin et Graecis λευκότερον εἰπεῖν dicitur, qui clarius rem explicat, Erasmus. Idem alibi in Proverbio Alba avis, λευκός ὄρνις, eadem quae nunc recitavimus Ciceronis verba repetit. interpretantur autem pro re nova atque auspicata. Quadrabit etiam (inquit) in rem admodum raram et inusitatam, quod aves perpaucae sint hoc colore. Ita Iuvenalis<sup>1164</sup>, Corvo quoque rarior albo.

the things. Different from this proverb is the following, that we still find in Juvenal: Born from unlucky eggs.

It doesn't stray from this what Cicero\* writes to Curio in the 7<sup>th</sup> book of letters to family members and friends: As soon as I received the visit of the friends which in this place occurs even more often than usual, because to them it almost seems to see a white bird in a citizen having good thoughts, I withdraw in the library. In fact the ancients, what they affirmed to be held inauspicious called it gloomy or black: white what was propitious. Thence Asinius Pollio\* in *Controversiae* of Seneca the Elder\* usually calls white the sentences of Titus Albucius\* since they were spontaneous and sincere. To say the truth also by Greeks is said *leukóteron eipeîn* - he who explains a thing in a rather clear way is saying something of rather white, Erasmus from Rotterdam\*. Still he in another point, about the proverb White Bird - *leukós órnis* - quotes the same words of Cicero we have just reported. In fact it is interpreted as an extremely rare and unusual thing, since very few birds are of this color. Juvenal writes this way: Also more rare than a white crow.

Page 457

¶ Lac gallinaceum, Ὀρνίθων γάλα, id est gallinarum lac. dicitur in opulentos, et quibus quidvis rerum suppeditat, ut illud Copiae cornu. Aut de raris inventu, atque ob id pretiosis: ut sit hyperbole significans [457] nihil omnino deesse. Plinius in praefatione historiae mundi, irridens Graecorum deliciosas quasdam et magnificas

¶ Milk of hen, *Ornithon gála*, that is, milk of hens. It is said towards the rich people and for those having anything superabundant, as that cornucopia\*. Or it is said about rarely found things, and then precious: as if it were a hyperbole meaning that nothing at all is lacking. Pliny\*, in the preface of world's history, deriding some delicious and marvelous titles of

<sup>1162</sup> Si emendano sia il destinatario che il testo della missiva in base a quanto reperibile in [www.thelatinlibrary.com](http://www.thelatinlibrary.com) e nell'edizione di Liono del 1561. § *Ad familiares* VII, XXVIII. Scr. Romae (post VII. K. Sextil.) a.u.c. 708. [M.] CICERO S. D. CURIO. Memini, cum mihi desipere videbare, quod cum istis potius viveres quam nobiscum; erat enim multo domicilium huius urbis, cum quidem haec urbs fuit, aptius humanitati et suavitati tuae quam tota Peloponnesus, nedum Patrae: nunc contra et vidisse mihi multum videris, cum prope desperatis his rebus te in Graeciam contulisti, et hoc tempore non solum sapiens, qui hinc absis, sed etiam beatus; quamquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest? Sed, quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, ut ibi esses, "ubi nec Pelopidarum" - nostri cetera -, nos idem propemodum consequimur alia ratione; cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre, abdo me in bibliothecam. § Tralasciando la numerazione dell'epistolario che non corrisponde a quella odierna, ecco le preziose notizie relative a Curio, intimo amico di Cicerone al quale è indirizzata questa lettera: MANIUS CURIUS, one of the most intimate friends of Cicero, who had known him from his childhood, and describes him as one of the kindest of men, always ready to serve his friends, and as a very pattern of politeness (urbanitas). He lived for several years as a negotiator at Patrae in Peloponnesus. At the time when Tiro, Cicero's freedman, was ill at Patrae, b. c. 50 and subsequently, Curius took great care of him. In b. c. 46, Cicero recommended Curius to Serv. Sulpicius, who was then governor of Achaia, and also to Auctus, his succes-sor. The intimacy between Curius and Atticus was still greater than that between Cicero and Curius; and the latter is said to have made a will in which Atticus and Cicero were to be the heirs of his property, Cicero receiving one-fourth, and Atticus the rest. Among Cicero's letters to his friends there are three addressed to Curius (vii. 23-26), and one (vii. 29) is addressed by Curius to Cicero. ([www.ancientlibrary.com](http://www.ancientlibrary.com) - William Smith, DICTIONARY OF GREEK AND ROMAN BIOGRAPHY AND MYTHOLOGY, 1867)

<sup>1163</sup> *Controversiae* VII,1: Instatis mihi cotidie de Albucio. [...] [2] [...] Splendor orationis quantus nescio an in ullo alio fuerit. Non hexis magna sed phrasis. Dicebat enim citato et effuso cursu sed praeparatus; extemporalis illi facultas, ut adfirmabant qui propius norant, non derat, sed putabat ipse sibi deesse. Sententiae, quas optime Pollio Asinius albas vocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum adferentes sed vocales et splendidae. [3] Adfectus efficaciter movit, figurabat egregie, praeparabat suspiciose. Nihil autem tam inimicum quam manifesta praeparatio; apparet enim subesse nescioquid mali. Itaque moderatio est adhibenda, ut sit illa praeparatio, non confessio. ([www.thelatinlibrary.com](http://www.thelatinlibrary.com))

<sup>1164</sup> *Satira* VII,201-202: Servis regna dabunt, captivis fata triumphum. | Felix ille tamen corvo quoque rarior albo.

inscriptiones: {Cerion} <Cerium - Κηρίον><sup>1165</sup> (inquit) inscribere, quod volebant intelligi favum: alii κέρασ {ἀμαλθείας} <Ἀμαλθείας>, quod copiae cornu, velut lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum. Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα | Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὐ μὲν νῦν ἀποστερεῖς, Aristophanes in *Vespis*, (in *Acharnensibus*<sup>1166</sup>), id est, Non lac hercle gallinaceum, | Hacce pro vita capiam, quam mi adimis in praesentia. Eustathius in quartum *Odyssaeae*, citat hoc adagium ex *Anaxagorae fabula*, cui titulus Ὠά, (decipitur Erasmus, aut Eustathius ex quo citat: lege, *Anaxagorae Physicis*.) Rursum Aristophanes Comicus in *Avibus*<sup>1167</sup>, Δάσσομεν ὑμῖν | Ἄυτοῖς, παισί, παίδων παισίν | Πλουθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, | Βίον, εἰρήνην, νεότητα, γέλωτα, | Χορούς, θαλίαι, γάλατ' ὀρνίθων. | Ὡστε παρέσται ὑμῖν κοπιᾶν | Ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν. id est, Dabimus vobis ipsis, filiis, filiorum filiis, opulentiam bonae valetudinis, felicitatem, facultates, pacem, iuventam, risum, choros, festa, lac gallinarum, ut sitis prae bonorum copia laboraturi. Strabo *Geographiae lib. 14*. narrat de Samiorum agris, quod essent omnium rerum ampliter feraces, illud vulgo iactatum esse, quod lac etiam ferrent gallinaceum. Idem testatur hoc adagium apud Menandrum comicum inveniri<sup>1168</sup>.

Athenaeus lib. 9. *Dipnosoph.*<sup>1169</sup> ex mediae comoediae scriptore quodam Mnesimacho senarios hos adducit, καὶ τὸ λεγόμενον, | Σπανιώτερον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα, | Καὶ φασιανός ἀποτετιλμένος καλῶς. id est. Et quod dicit proverbio, Lac suppetit res rara gallinaceum, ac | Plumis revulsis phasianus adprobe. Rursum lib. 9. adducit ex {Numenio} <Nicandro><sup>1170</sup>, Ἦδ' ὅπερ ὀρνίθος καλέεται γάλα. id est Atque quod gallinae dicitur lac, Erasmus. *Anaxagoras in Physicis* scribit id quod

Greeks says: They gave the title *kērion* because they wanted to indicate the honeycomb, others *kéras Amaltheias* - the horn of the goat Amalthea\* - which is the cornucopia, so to let you hope that in that book you can drink milk of hen. *Egō gār oud' ἂn orníthōn gála | Antì tou bíou láboim' ἂn ou me nún apostereís*, Aristophanes\* in *Wasps* (in *Acharnians* - mistakel!), that is, By Hercules, I won't take milk of hen for this life, of which you now deprive me. Eustathius\* in the commentary to 4<sup>th</sup> book of *Odysey* quotes from a tale of *Anaxagoras*\* this adage, whose title is *Ōá, The eggs* (Erasmus from Rotterdam\* is mistaken, either Eustathius whence the former is quoting: read *About nature* of *Anaxagoras*). Still Aristophanes the comic in *Birds: Dōsomen hymín | Autoís, paisí, paídōn paisín | Plouthygíeian, eudaimonían, | Bíon, eirēnēn, neóēta, gélota, | Choróús, thalías, gálat' orníthōn. | Ōste paréstai hymín kopiá,n | Hypò tón agathón*. That is: We shall give you yourselves, children, children of children, an abundance of conditions of good health, happiness, wealth, peace, youth, laughter, dances, feast days, milk of hens, so that you will grow weary of abundance of good things. Strabo\* in the 14<sup>th</sup> book of *Geography* relates about the fields of Samians\*, and since they were extremely fruitful in every kind of products, everywhere they were boasting about the fact that they also produced milk of hen. There is proof that this adage is also found in the comedy writer Menander\*.

Athenaeus\* in 9<sup>th</sup> book of *Deipnosophists* quotes these senarii from Mnesimachus\*, a writer of middle comedy\*: καὶ τὸ λεγόμενον, | Σπανιώτερον πάρεστιν ὀρνίθων γάλα, | Καὶ φασιανός ἀποτετιλμένος καλῶς. That is: To say this with a tale, As a rare thing it is enough the milk of hen, and a pheasant with very well plucked feathers. And still in 9<sup>th</sup> book he quotes from *Nicander*\* - not from *Numenius of Heraclea*\*, Ἐδ' ὅπερ ὀρνίθος καλέεται γάλα. That is: Also that which is said milk of hen, Erasmus from Rotterdam. *Anaxagoras in About nature* writes that what is said milk of hen is the white liquid present in the eggs. The food, which is called milk, by

<sup>1165</sup> *Kērion* in greco significa favo. Gli corrisponde il latino *cerium* usato da Plinio nel senso di foruncolosi, vespaio. *Naturalis historia*, Praefatio, 24: Inscriptionis apud Graecos mira felicitas: *kērion* inscribere, quod volebant intellegi favum, alii *kéras Amaltheias*, quod copiae cornu, ut vel lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum; [...].

<sup>1166</sup> *Le vespe*, 508-509 con l'approvazione sia di Aldrovandi (*Ornithologiae tomus alter*, 1600, pag. 274\*) che di Lind (1963) Quindi il suggerimento di Gessner è errato.

<sup>1167</sup> *Gli uccelli* 729-735.

<sup>1168</sup> Si può presumere che dei campi di Samo produttori anche di latte di gallina si parli nella commedia *Donna di Samo*, di cui ci è giunta l'ultima parte.

<sup>1169</sup> *Deipnosophistai* IX,37,387b.

<sup>1170</sup> *Deipnosophistai* IX,12,371c. § Il verso non è dovuto a Numenio di Eraclea, bensì a Nicandro di Colofone\* ed è contenuto nel II libro delle *Georgiche*. Ciò è possibile affermarlo con certezza dall'edizione dei *Dipnosophisti* di Teubner (recensuit Georgius Kaibel, 1888 – Teubner, Stuttgart, 1985). Lo scambio di persone è dovuto anche stavolta a Erasmo da Rotterdam\*. Gessner ha dedotto l'errore da Erasmo e da persona corretta lo cita come fonte ma gli presta fede. § Il verso di Nicandro nell'edizione di Teubner è reperibile nella biografia di Numenio di Eraclea\*. § Credo non valga la pena andare a scandagliare Erasmo. Mi fido di Teubner, il quale riporta κλέεται invece di καλέεται.

gallinae lac vocatur, album in ovis liquorem esse. Animalibus viviparis cibus, qui lac vocatur, in mammis parentis paratus est: sed contra quam homines putant et Alcmaeon Crotoniates ait. non enim albumen ovi lac est, sed vitellus. hic enim pullis pro cibo est. illi albumen pro cibo esse existimant, propter coloris affinitatem, Aristot. de generat. anim. 3. 2<sup>1171</sup>. Καταστήσω σ'έγω | Τύραννον, ὀρνίθων παρέξω σοι γάλα, Pisthetaerus Herculi in Avibus Aristophanis.<sup>1172</sup>

Scholias Aristoph. in Acharn. hoc proverbium locum habere ait in iis qui admodum fortunati sunt, et nihil non possident, ita ut etiam circa res impossibiles aliquid lucentur, impossibile enim est ut unquam lac e gallinis habeatur. at fortunati homines id quoque si voluerunt comparare sibi possunt. Meminit et Suidas. Βούλονται μὲν ἄν καὶ τῶν ὀρνίθων γάλα παραχεῖν, Synesius in epistolis. De herba quam {ornithógala} <ornithógalon> Graeci vocant, scripsimus in Gallo a.

¶ Germanica proverbia nonnulla etiam extant, a gallinis facta, ut sunt: Per messem ferociunt gallinae, In der ärn sind die hüner raub. hoc est, Satietas ferociam parit. Gallinis caudam religare meditaris: Du wilt den hüneren den schwantz ausbinden: non diverso sensu ab isto, Aquilam volare doces. Cum alienis gallinis ova in nidum parere. Wit anderen hüneren ins nest legen: ut apud Latinos, Alienum arare fundum, quod est cum alienis uxoribus rem habere.

¶ PROVERBIA ab ovis. Ovum adglutinas, Ὄον κολλῆεις, (si recte legitur. malim κολλᾶς,) id est, Ovum glutino compingis. refertur a Diogeniano<sup>1173</sup>. Ridicule laborat, qui fractum ovi

viviparous animals is prepared in the breasts of the parent: but contrary to what men think and Alcmaeon of Croton\* says. For the albumen is not the milk of the egg, but milk is the yolk. For this acts as a food for chicks: those learned men think the albumen acts as a food because of similarity in color, Aristotle\* in *De generatione animalium* III,2. *Katástēsō s'égō | Týrannon, orníthōn paréxo soi gála*, I will make you sovereign, I will give you hens' milk, Pisthetaerus turned to Hercules\* in *Birds* of Aristophanes.

The scholiast\* of Aristophanes' *Acharnians* says that this proverb fits those who are quite fortunate and possessing everything, so much as they succeed in drawing something also from impossible things, in fact it is impossible that milk from hens is drawn. But fortunate men could get also this if they wished. Also the lexicon Suidas\* mentions this. *Boúlointo mèn ἄν καὶ ὀρνίθων γάλα παραχεῖν*, If in fact they want to pour on also the hens' milk, Synesius of Cyrene\* in the letters. About the herb called by Greeks *ornithógalon* - hen's milk, *Ornithogalum*\* - I wrote in the Cock at the paragraph a.

¶ There are also some German proverbs drawn from hens, as for example: During the harvesting the hens become aggressive, In der ärn sind die hüner raub. That is, the abundance produces ferocity. You meditate to tie the tail to the hens: Du wilt den hüneren den schwantz ausbinden. It doesn't have a different meaning from this: You teach to an eagle to fly. To lay the eggs in the nest of hens of other people: Wit anderen hüneren ins nest legen. As for Latins: To plough the farm of other people, that means to entertain relationships with the wives of others.

¶ PROVERBS DRAWN FROM THE EGGS. You glue an egg, Ὄον κολλῆεις (if it is exactly read, I would prefer *kollâis*), that is, You weld the egg with glue. It is reported by Diogenianus of Heraclea\*. He who would

<sup>1171</sup> *De generatione animalium* III,2: La nascita dall'uovo si ha per gli uccelli perché la femmina cova l'uovo e contribuisce a operare la cozione. L'animale si forma da una parte dell'uovo e ricava i mezzi del proprio accrescimento e compimento dalla restante parte, perché la natura dispone insieme nell'uovo sia la materia dell'animale, sia l'alimento sufficiente alla sua crescita. Dal momento che l'uccello non può portare a compimento la prole dentro di sé, produce nell'uovo anche l'alimento. Mentre per gli animali partoriti vivi l'alimento si produce in un'altra parte (il latte nelle mammelle), per gli uccelli la natura lo produce nelle uova. È tuttavia l'opposto di ciò che ritengono gli uomini e afferma Alcmeone di Crotona: il latte non è costituito dal bianco, ma dal giallo, ed è questo l'alimento dei pulcini. Essi invece ritengono che sia il bianco per la rassomiglianza del colore. (traduzione di Diego Lanza, il quale aggiunge questa nota: "Oltre che di Alcmeone questa dottrina era anche di Anassagora (59 B 22 DK) e si ritrova nello pseudoippocratico *De nat. puer.*, 29-30. Qui però la corrispondenza non è stabilita su una semplice analogia cromatica, quanto sull'analogia funzionale tra l'embrione del viviparo e l'uovo, e con l'individuazione nell'uovo parzialmente covato della parte corrispondente al cordone ombelicale. L'autore ippocratico, dopo aver consigliato l'esperimento di rompere per venti giorni consecutivi un uovo al giorno della stessa covata, annota che «chi non ha ancora osservato questo si meraviglierà che in un uovo di uccello vi sia un cordone ombelicale». Che Aristotele abbia ben presente questo trattato risulta oltre che da questo anche da molti altri passi.")

<sup>1172</sup> *Gli uccelli* 1672-1673. *Peisthétairos* = Gabbacompano - *Peisthétairos* = Companion-swindler.

<sup>1173</sup> *DIOGENIANUS*: He has a proverb slightly different from the one quoted by Aldrovandi: "You pluck an egg (*oon tilleis*)." *Corpus Paremiographorum Graecorum*, I, 187; II, 258. I can find no proverb such as Aldrovandi's. (Lind, 1963) § Tutto il testo, compreso Diogeniano, provengono dagli *Adagia* (1550) di Erasmo. Il proverbio appartiene alla Chilia I Centuria IV e reca il numero 67.

putamen glutino farcire et coagmentare conetur, Erasmus.

¶ Ab ovo usque ad mala, proverbiali figura dixit Horatius in Sermonibus Sat. 3.<sup>1174</sup> pro eo quod est, ad initio convivii usque ad finem. Si collibuisset (inquit) ab ovo | Usque ad mala citaret, io Bacche modo summa | Voce, modo hac resonat quae chordis quatuor ima. Antiquitus enim coenam ab ovis auspicabantur, malis finiebant. Erit venustius, si longius trahatur, ab ovo usque ad mala: id est, toto colloquio, tota navigatione, aut toto opere. Qui rem altius repetunt quam oportet, notatur illo versu Horatiano<sup>1175</sup>, Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo, Erasmus.

¶ Ex ovo prodiit, Ἐξ ὠοῦ ἐξήλθεν, aiunt dici solitum de magnopere formosis ac nitidis: quasi neges communi hominum more natus, sed ex ovo, more Castoris et Pollucis. Siquidem est in poetarum fabulis Leda {Tyndari} <Thestii><sup>1176</sup> filiam, ex Iovis concubitu duo peperisse ova, e quorum altero prodire gemini Castor et Pollux, insigni forma iuvenes: ex altero nata est Helena, cuius forma literis omnium est nobilitata, Erasmus.

¶ Ovo prognatus eodem. hoc fortassis simpliciter dictum est ab Horatio<sup>1177</sup>. Quandoquidem ad fabulam respicit Leda, quae gravida ex Iove in cygnum converso, ovum peperit, unde gemini prognati Castor et Pollux. Id ovum Pausanias in Laconicis<sup>1178</sup> refert. ostendi apud Lacedaemonios suspensum taeniis a testudine templi. Verum si quis hoc dictum deflectat ad iisdem natos parentibus, aut ab eodem eruditos praeceptore, aut ita consimilibus ingeniis, ut eodem ovo nati videri possint, nihil

try to patch up and rejoin with glue a broken eggshell is performing a labor in a ridiculous way, Erasmus from Rotterdam.

¶ From egg to apples - from hors d'oeuvre to fruit - said Horace\* proverbially in a figurative way in 3<sup>rd</sup> *Satira* to indicate from the beginning at the end of a banquet. He says: If he was in the proper mood he would have begun to sing "hurray Bacchus\*" from egg to apples, now with the whole voice he possesses, now with this lowest note resounding with the tetrachord. In fact in antiquity they began the banquet with eggs and ended with apples. It will be more pleasant the longer it is extended, from egg to apples: that is, for the whole conversation, for the whole navigation, or for the whole activity. Those who go back to a thing more far off than necessary, they are branded by this verse of Horace: Nor we must begin to speak of the Trojan war starting from the twin egg\* - that with two yolks from which Helen\* was born, Erasmus

¶ He came forth from an egg, *Ex οοῦ ἐξέλθεν*, they say that it is usually said of very beautiful and attractive young people: as if you were denying that they are born in the usual way for humans, but rather from an egg as Castor\* and Pollux\*. Since in the fables of the poets it is found that Leda\*, daughter of Thestius - wife of Tyndarus, from an intercourse she had with Jupiter gave birth to two eggs, from one of which the twins Castor and Pollux were born, boys of outstanding beauty: from the other one Helen was born, whose appearance has been extolled by literary works of everybody, Erasmus.

¶ Born from the same egg. This proverb perhaps has been said only by Horace. Since it concerns the fable related to Leda who, made pregnant by Jupiter\* who had turned himself into a swan\*, gave birth to an egg from which the two twins Castor and Pollux were born. Pausanias\* reports this egg in *Laconia*. It is exposed among Spartans\* suspended with bandages down from the vault of a temple. In truth if someone were changing this axiom into born from the same parents, or educated by the same tutor, or into so similar for temperament that it could be thought that

<sup>1174</sup> *Satirae* I,3,6-8: [...] si collibuisset, ab ovo | usque ad mala citaret 'io Bacche' modo summa | voce, modo hac, resonat quae chordis quattuor ima.

<sup>1175</sup> *Ars poetica* 146-147: Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri, | nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo; [...].

<sup>1176</sup> Gli errori passano di mano in mano come le caramelle, o, per essere più *à la page*, come uno spinello. La fonte dell'errore secondo cui Leda era figlia di Tindaro, e non sua moglie, e neppure figlia di Testio, è rappresentata come al solito da Erasmo da Rotterdam\*, da cui Gessner ghermisce l'errore *sic et simpliciter*.

<sup>1177</sup> *Satirae* 2,1,26: Castor gaudet equis, ovo prognatus eodem.

<sup>1178</sup> *Description of Greece* III, Laconia, 16,1: Near is a sanctuary of Hilaeira and of Phoebé. The author of the poem *Cypria* calls them daughters of Apollo. Their priestesses are young maidens, called, as are also the goddesses, Leucippides (Daughter of Leucippus). One of the images was adorned by a Leucippis who had served the goddesses as a priestess. She gave it a face of modern workmanship instead of the old one; she was forbidden by a dream to adorn the other one as well. Here there has been hung from the roof an egg tied to ribands, and they say that it is the famous egg that legend says Leda brought forth. (*Description of Greece* with an English Translation by W.H.S. Jones, London, William Heinemann Ltd., 1918)

ingeniis, ut eodem ovo nati videri possint, nihil aequae fuerit proverbiale. veluti si dicas: Vultus, ingenium, mores, facta, ac prorsus omnia sic huic cum hoc conveniunt, ut iures eodem prognatos ovo. Aristoteles<sup>1179</sup> quidem ostendit iuxta naturam fieri posse, ut ex eodem ovo duo pulli nascantur, Erasmus.

¶ Extant apud auctores aliquot similitudinis adagia, quorum de numero est, Non tam ovum ovo simile, de rebus indiscretae similitudinis. Vides ne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere quaestus causa solerent. Ii cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant. Neque id est contra nos. Nam nobis satis <est> ova <illa non> internoscere, Cicero 2. Academic.<sup>1180</sup> Idem proverbium refertur et a F. Quintiliano. Usurpatur et a Seneca in libello<sup>1181</sup>, quem in Claudium Imperatorem lusit, Erasmus. Ovorum inter se miram ac prope indiscretam similitudinem, saepe numero apud animum meum non sine stupore perpendi. Alterum enim alteri si compares, fallitur examen, hebescitque intuentis obtutus: tanta prorsum parilitas est, tantaque geminitudo, Caelius.

Huic simile est aut idem potius apud Germanos, Tappio referente, Eyer sind eyern gleych. et hoc, Wår er einem [458] hasen so ånlich als einem narren / die hund hetten in langst zerrissen.

they were born from the same egg, it would be equivalent as proverb, as if you should say: Face, temperament, behavior, deeds, and in short for all the characteristics they are corresponding each other to such an extent that you would be ready to swear that they were born from the same egg. For Aristotle shows that according to nature it can happen that from a same egg two chicks are hatched, Erasmus.

¶ There are extant among authors some adages referring to the similarity, to the crowd of which is belonging this one: After all an egg is not so similar to an egg, concerning things of an indistinguishable similarity. Are you aware how the likeness of one egg to another is proverbial? Nevertheless we have been told what follows, that at Delos\*, without damage for those things, a great number of people were in the habit of keeping large numbers of hens for profit purposes. Whenever they looked at an egg they used to tell which hen laid it\*. Neither this is against us. In fact for us it is enough to don't distinguish those eggs, Cicero\* in *Academica* II. The same proverb is reported by Marcus Fabius Quintilian\*. It is also employed by Seneca\* in a satirical pamphlet - *Apocolocyntosis* - he delighted in writing toward the emperor Claudius\*, Erasmus. Very often I have meticulously weighed in my mind not without amazement the astonishing and almost perfect similarity of the eggs each other. In fact if you compares them each other the needle of the balance is deceived and the sight of whom is looking is weakened: absolutely so great is their likeness and so great is their equivalence, Lodovico Ricchieri\*.

Among Germans it is similar to the following one, or rather, it is identical, on the basis of what Eberhard Tappe\* is referring: Eyer sind eyern gleych. et hoc, Wår er einem hasen so ånlich als einem narren / die hund hetten in langst zerrissen.

<sup>1179</sup> *Historia animalium* VI,3 562a: Le uova gemelle presentano due tuorli; in certi casi vi è un sottile diaframma di bianco per evitare che i gialli si saldino fra loro, mentre in altri questo diaframma manca e i gialli sono in contatto. Vi sono certe galline che fanno solo uova gemelle, ed è nel loro caso che sono state condotte le osservazioni su ciò che accade nel tuorlo. Una di esse depose diciotto uova e ne fece nascere dei gemelli, tranne che da quelle che risultarono sterili; le altre comunque erano feconde, a parte il fatto che uno dei gemelli [562b] era più grande e l'altro più piccolo, mentre l'ultimo uovo conteneva un mostro. (traduzione di Mario Vegetti)

<sup>1180</sup> Come al solito Erasmo fa fare brutta figura a Gessner il quale si fida ciecamente di lui e pertanto ci costringe a emendare il testo di Cicerone. Evviva l'inaffidabilità di Desiderius Erasmus, alias Geert Geertsz, che così continua a oltraggiare la sua patria: l'Olanda. § *Academica* II 57-58: Videsne ut in proverbio sit ovorum inter se similitudo? Tamen hoc accepimus, Deli fuisse complures salvis rebus illis, qui gallinas alere permultas quaestus causa solerent: ei cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset dicere solebant. [58] Neque id est contra nos, nam nobis satis est ova illa non internoscere: nihil enim magis adsentiri par est hoc illud esse, quasi inter illa omnino nihil interesset; habeo enim regulam, ut talia visa vera iudicem, qualia falsa esse non possint; ab hac mihi non licet transversum, ut aiunt, digitum discedere, ne confundam omnia.

<sup>1181</sup> *Apocolocyntosis* 11: Ego pro sententia mea hoc censeo:" atque ita ex tabella recitavit: "quandoquidem divus Claudius occidit socerum suum Appium Silanum, generos duos Magnum Pompeium et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum Frugi, hominem tam similem sibi quam ovo ovum, Scriboniam socrum filiae suae, uxorem suam Messalinam et ceteros quorum numerus iniri non potuit, placet mihi in eum severe animadverti, nec illi rerum iudicandarum vacationem dari, eumque quam primum exportari, et caelo intra triginta dies excedere, Olympo intra diem tertium."



¶ Ὠίου πολύ λευκότερον, id est, Ovo multo candidius Sappho dixit, Athenaeus<sup>1182</sup>. ¶ Apud Tappium haec etiam Germanica invenio: Ovum prae gallina sapit, Das ey wil klüger sey dann die henne, cui illud Latinorum respondet, Ante barbam doces senes. Qui ova desiderat, gallinarum obstreperos cantus ferat oportet: Wär eyer wil haben / der müß der hennen kackelen lyden. Qui vitat molam, vitat farinam. Hollandorum est, Anserinis neglectis ova gallinacea requiris, Du süist nae thennen ay/unde left tgansen ay varen. cui Tappius illud Graecorum confert, Omissa hypera pedem insequeris<sup>1183</sup>.

## DE PULLIS GALLINACEIS.

DE pullis gallinacei generis etsi quaedam superius dicta sint in Gallinae historia, capite tertio et quinto et sexto, et alibi fortassis: hic tamen de iisdem copiosius separatim agere volui, superioribus quidem non repetitis. neque enim ularum avium pulli ita in usu sunt ad cibum, ac gallinacei. Nominat autem pullos gallinaceos Plautus in *Captivis*<sup>1184</sup>, foetus scilicet gallinarum adhuc tenellos: et Martialis<sup>1185</sup> in lemmate distichi, Si Libycae nobis volucres et Phasides essent, | Acciperes. at nunc accipe cortis aves. Sed absolute etiam pullos pro gallinacei poni invenio apud Vegetium et alios. Pellicula quae solet pullorum ventribus adhaerere, Palladius in *Maio Tit.* 9.<sup>1186</sup> Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis, Festus. dabatur autem non quibuslibet, sed gallinaceis. Heliogabalus una die non nisi de phasianis tantum edebat, alia die de pullis, Lampridius<sup>1187</sup>. Gigeria pullorum coques, Apicius<sup>1188</sup>. Pullastrum et pullastram neoterice vocamus, Grapaldus. Pullastrae vocabulo pro

¶ Ὠίου πολύ λευκότερον, that is, Very more snowy than an egg, Sappho\* said, Athenaeus\*. ¶ In Eberhard Tappe\* I also find these German proverbs: The egg is more tasty than the hen, Das ey wil klüger sey dann die henne, which echoes that of Latins: Before having the beard you teach the elders. He who desires eggs has to send forth the roaring songs of the hens: Wär eyer wil haben / der müß der hennen kackelen lyden. He who avoids the millstone avoids the flour - He who doesn't sow, doesn't mow. This is of the Dutch people: After having disregarded those of goose you go looking for eggs of hen: Du süist nae thennen ay / unde left tgansen ay varen. To which Tappe approaches that of Greeks: Left the cable of the lateen yard he takes care of sail's sheet. - You let go the brace and run after the sheet.

## THE CHICKS

About the chicks of gallinaceous genus, even if in precedence some things were told in the description of the hen, in the chapters III, V and VI, perhaps also elsewhere: nevertheless I wanted to deal with them separately in this chapter in a wider way, without however repeating the already said things. In fact the chicks of any bird are very used as food like those of hen. In fact Plautus\* in *Captives* quotes the gallinaceous chickens, that is, the still tender offspring of the hens. And Martial\* in an epigram in couplets: If we had Libyan\* and Phasian\* birds, you would accept them, but now accept barnyard birds. That membrane usually sticking to the stomach of the chickens - the coilin\* membrane of the gizzard or muscular stomach, Palladius\* in the month of May 9<sup>th</sup> paragraph. Most usually during omens they gave mash to chickens, Festus\*. But it was not given to whomever, but to chickens. Heliogabalus\* one day ate only just pheasants, chickens another day, Lampridius\*. You will cook the giblets of the chickens, Apicius\*. In modern speech we say *pullaster*

<sup>1182</sup> *Deipnosophistai* II,50,57d.

<sup>1183</sup> Ἀφείξ τήν ὑπέραν τὸν πόδα διώκει.

<sup>1184</sup> *Captivi* 849: ERGASILUS. Alium porcinam atque agniam et pullos gallinaceos?

<sup>1185</sup> *Epigrammata* XIII,45: Si Libycae nobis volucres et Phasides essent, | acciperes, at nunc accipe chortis aves.

<sup>1186</sup> *Opus agriculturae* VI,9 - DE CASEO FACIENDO. Hoc mense caseum coagulabimus sincero lacte coagululis vel agni vel haedi vel pellicula, quae solet pullorum ventribus adhaerere, vel agrestis cardui floribus vel lacte ficulno, cui serum debet omne deduci, ut et ponderibus urgeatur.

<sup>1187</sup> *Elagabalus* o *Heliogabalus* (*Marcus Aurelius Antoninus*) XXXII,4. § Diversa e discutibile è la versione latina che troviamo in [www.thelatinlibrary.com](http://www.thelatinlibrary.com), cioè pupillis invece di pullis: Habuit etiam istam consuetudinem, ut cenas sibi exhiberet tales, ut una die nonnisi de fasianis totum ederet omnesque missus sola fasianorum carne strueret, item alia die de pupillis, alia de pisce illo et item illo, [...]. § Pupillus è un fanciullo minorenne soggetto a tutela, oppure un orfano. La sua etimologia è riconducibile a pupus = bambino, ragazzino, oppure pupilla dell'occhio. Sembrerebbe pertanto che Eliogabalo fosse un accanito e sanguinario pedofilo qualora la versione di [www.thelatinlibrary.com](http://www.thelatinlibrary.com) fosse corretta. § In *HISTORIA AUGUSTA* edita a Parigi da Panckoucke (1847) troviamo pullis, per cui sia Eliogabalo che Gessner sono salvi.

<sup>1188</sup> Forse gigeria è un vocabolo punico. *De re coquinaria* IV,21: Patina ex lagitis et cerebellis: friges ova dura, cerebella elixas et enervas, gigeria pullorum coques. haec omnia divides praeter piscem, compones in patina, praemixta salsum coctum in medio pones. Teres piper, ligusticum, suffundes <passum>, ut dulce sit. Piperatum mittes in patinam, facies ut ferveat cum ferbuerit, ramo rutae agitabis et amulo obligabis.

parva gallina, Hermolaus, Sipontinus et Platina utuntur. Quidam etiam foeminino genere pullas efferunt, e recentioribus. Pullaster vel pullastra, significat gallum vel gallinam adolescentes. sic a M. Varrone libro 3. de re rust.<sup>1189</sup> pullastrae dicuntur iuvencae gallinae, ait enim, Et ea quae subijcias potius {e} vetulis quam {e} pullastris. Pro pullo {pulleiacium} <pulleiaceum> Augustus dicere solebat, ut ait Tranquillus<sup>1190</sup>. Pullicenus (alias pullicinus, quod magis placet. nam et Itali hodieque pulcinos vel pullicinos appellant) diminutivum a pullo. Servos habuit vectigales, qui eos ex ovis et pullicenis et pipionibus alerent, Lampridius de Alexandro Severo<sup>1191</sup>.

¶ Ab Athenaeo libro 9.<sup>1192</sup> νεοσοί ὄρνιθες et ἵπποι dicuntur. Νεοττίδες ἀλεκτορίδων καὶ χηνῶν, Aristoteli<sup>1193</sup> sunt foemellae iuvencae e gallinaceo vel anserum genere, quae nuper scilicet parere coeperunt: possunt etiam sic dici antequam pepererint. Athenaeus pullos gallinaceos a Graecis hippos, hoc est quasi equulos vocari scribit: credo, quia pulli proprie sunt equorum, Hermolaus. Ὁ τοῦ νόσακος ζωμός, id est, pulli gallinacei ius, Dioscorides<sup>1194</sup>. Ὀρτάλιχος (vox poetica) tum gallum ipsum tum pullum gallinaceum significat. sed pullum frequentius. vide in Gallo H. a.<sup>1195</sup> Ὀρτάλιχοι, pulli qui nondum volare possunt: et galli ipsi Boeotis (quod et Scholiastes Aristophanis scribit,) Varinus. Pullos qui recens apparuerunt, (Ὀρνίθων τὰ ἐν ὄψει ἤδη ὄντα) Graeci νεοττούς vocant, aliqui ὀρτάλιχους, Eustathius. Ἀνορταλίξειν verbum Aristophani in

and *pullastra*, Francesco Mario Grapaldi\*. Ermolao Barbaro\*, Nicolò Perotto\* and Platina\* use the word *pullastra* for a little hen. Some among more recent writers also give them in the feminine gender with *pullae*. *Pullaster* or *pullastra* means adolescent cock or hen, so we gather from Marcus Varro\* in 3<sup>rd</sup> book of *De re rustica*. They are said *pullastrae* the young hens. For he says: And those eggs you place under, it is preferable under rather old hens than under pullets. Augustus\*, as Suetonius Tranquillus\* reports, used to say *pulleiacius* for *pullus*. *Pullicenus* (or *pullicinus*, I like more. In fact also Italians, and still now, call them pulcini or pullicini) is a diminutive derived from *pullus*. He had hired servants, so as they feed them with eggs, with *pulliceni* and pigeons, Lampridius about Alexander Severus\*.

¶ By Athenaeus in 9<sup>th</sup> book they are called *neossoi ornithes* - young birds - and *hippoi* - horses. *Neottides alektoridon kai chēnōn* - the young pullets of hens and geese - for Aristotle\* are the young females of gallinaceous genus, or of geese, i.e. which just began to lay: they can also be so called before they laid. Athenaeus writes that by Greeks the gallinaceous chicks are said *hippoi*, that is, as if they were foals: I do believe because the *pulli*\* - young animals - properly belong to the horses, Ermolao Barbaro. *Ho tou nōssakos zōmōs*, that is, the broth of gallinaceous chicken, Dioscorides\*. *Ortalichos* (poetic term) means both the rooster in itself and the chick. But more often the chick. See in the Cock Ha. *Ortalichoī* are the chicks not still able to fly: and for Boeotians\* they are the roosters in themselves (and also the scholiast\* of Aristophanes\* writes it), Varinus\*. The chicks that came recently to light (*Ornithōn tā en óψει ēdē ónta*) the Greek call them *neottoús*, some call them *ortalichous*, Eustathius\*. The verb *anortalízein* - to beat the wings,

<sup>1189</sup> L'edizione Aldina\* del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene sia *pullastris* sia *e vetulis quam e pullastris* § Il testo di Varrone delle edizioni moderne non contiene né la parola *pullastris*, bensì *pullitris*, né la preposizione *e* in grado di sovvertire ciò che un allevatore deve fare. Ecco cosa dice la versione in mio possesso del *Rerum rusticarum* III,9,9: Itaque quae ante aut post nata sunt et etiam prima eo tempore, non supponenda; et ea quae subicias, potius vetulis quam pullitris, et quae rostra aut unguis non habeant acutos, quae debent potius in concipiendo occupatae esse quam incubando. Adpositissimae ad partum sunt anniculae aut bimae. (a cura di Antonio Traglia - UTET - Torino - 1974) § Alcuni codici hanno *pullitris*. § Ma il testo di Varrone citato da Gessner e presente nell'edizione Aldina non ha assolutamente senso per un allevatore, per cui viene emendato.

<sup>1190</sup> *Vita Divi Augusti*, 87: Cotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum, litterae ipsius autographae ostentant, in quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare vult, "ad Kal. Graecas soluturos" ait; et cum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint: "contenti simus hoc Catone"; et ad exprimendam festinatae rei velocitatem: "celerius quam asparagi cocuntur"; ponit assidue et pro stulto "baceolum" et pro pullo "pulleiaceum" et pro cerrito "vacerosum" et "vapide" se habere pro male et "betizare" pro languere, quod vulgo "lathanizare" dicitur; item "simus" pro sumus et "domos" genetivo casu singulari pro domus.

<sup>1191</sup> *Alexander Severus* LXI: Habuit sane in Palatio unum genus voluptatis, quo maxime delectatus est et quo sollicitudines publicas sublevabat. Nam aviaria instituerat pavonum, phasianorum, gallinaceorum, anatum, perdicum etiam, hisque vehementer oblectabatur, maxime palumborum, quos habuisse ut ad XX milia dicitur, et ne eorum pastus gravaret annonam, servos habuit vectigales, qui eos ex ovis ac pullicenis ac pipionibus alerent.

<sup>1192</sup> *Deipnosophistai* IX,15,373a-16,373e.

<sup>1193</sup> *Historia animalium* VI 559b 23.

<sup>1194</sup> *De materia medica* II,53 (Curtius Sprengel, Lipsiae, 1829).

<sup>1195</sup> A pagina 401.

Equitibus<sup>1196</sup> efferri et superbire significat: vel leviter agere, et nimis facile aliquid credere. Proprie autem ὀρταλίξειν<sup>1197</sup> dicitur de avibus volare incipientibus (ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἀναπτερύσσεσθαι ὀρνίθων. ut et πτερυγίζειν) vel de iis qui pueros in sublime efferunt citato motu, (ἀναρρίπτειν τὰ νήπια τῶν παιδίων, οἷον ὀρούειν ποιεῖν εἰς ὕψος,) et improprie deinde etiam de aliis motibus, Scholiastes Aristophanis.

Aves προπέται et προπετεῖς dicuntur, quae antequam ocyptera, id est pennae maiores eis enatae aut satis perfectae fuerint, volare gestiunt, inutili et saepe noxio conatu, cum cadant interdum et in humum allidantur. eadem ὀρτάλιχοι dicuntur, ὡς λίχοντες (γλίχοντες) ὀρούειν, hoc est a cupiditate motus et volatus, Io. Tzetzes 7. 128. Ὀρνιθες δροσερῶν μητέρες ὀρταλίχων, Versus a Suida citatus. Οὐδ'ὀπότ'ὀρτάλιχοι μινυροί ἐπὶ κοῖτον ὀρῶεν, Theocritus Idyllio 13. Βοσκαδῆς χηνός νέον ὀρταλιχῆα, Nicander de pullo anseris. Plura de voce ortálichos leges in Gallo a. Νέβρακες, Pulli gallinacei masculi, Hesychius et Varinus. Alectryon Graecis gallus est, unde diminutivum ἀλεκτρούνιον: ut ab alector ἀλεκτορίσκος, et patronymica forma ἀλεκτορίδης, ut scripsimus in Gallo H. a. Pulli Graece vulgo ἀλεκτορόπουλα dicuntur, apud Symeonem Sethi ὀρνιθόπουλα. Alfrach (Arabice) est nomen commune ad omnes pullos, et quandoque dicitur de gallina iuvene, quae nondum ova peperit: sed absolute prolatum significat pullum columbinum, qui nondum volare potest, Andr. Bellunensis. ¶ Pullus Italice dicitur pollo, pollastro, pulcin<o>. sed hic proprie tener adhuc et implumis, pullastro maiusculus et iam mensis aptus. Gallice poulsin, poussin, pol, pollet, cochet, et pollaille de pullastra adultiore. Germanice Huenle, Hünckel. Anglice chyk.

¶ Pullos maturos dicere possumus primo vere exclusos: ut serotinos illos quos patria lingua autumnales appellamus. Et serotini quidem non pariunt ova sub veris initio, quemadmodum illi

to grow bolder - for Aristophanes in *Knights* means to boast and to brag: or to act thoughtlessly and to believe that something is markedly easy. In effects in a suitable way is said *ortálizēin* about the birds starting to fly (*epi ton archomenon anapteryissesthai ornithon*. As also *pterygizēin* - to shake the wings) or about those carrying aloft the babies with a quick movement (*anarrhipein ta neperia ton paidion, hoion orouein poiein eis hypsos* - to lift the puerilities of the children, as to make to jump aloft) and then improperly also about other activities, the scholiast of Aristophanes.

Rash birds are said - *propetai* and *propeteis* - those that, before the *oxypetra* - the rapid wings, that is the greatest feathers sprouted in them or not enough improved, are eager to fly, with useless attempts and often deadly, since sometimes they fall and bang to the ground. Still they are said *ortálichoi*, *hos lichontes* (read *glíchontes*, longing) *orouein*, that is, from the longing to stir and to fly, Ioannes Tzetzes\* in *Chiliades* VII 128. *Ornithes droseron metetes ortalichon* - The mother hens of tender chicks, a verse quoted by lexicon Suidas\*. *Oud'hopot'ortalichoi minyroí epí koiton horoien* - Neither when the chicks are observed chirruping on the bedding, Theocritus\* Idyll 13. *Boskadies chēnós néon ortalichēa* - The chick just born of the goose freely raised, Nicander\* about the chick of the goose in *Alexipharmaca*. You can read quite a lot things about the noun *ortálichos* in the paragraph a of the Cock. *Nébrakes*, the male chickens of gallinaceous birds, Hesychius\* and Varinus. For Greeks *alektryon* is the rooster, from which the diminutive *alektryónion* - cockerel: as from *aléktor* comes *alektorískos* and the patronymic noun *alektorídēs* - the gallinaceous chick, as I wrote in H a of the Cock. Commonly by Greeks the chickens are said *alektorópoula*, in Simeon Sethi\* are said *ornithópoula*. Alfrach (in Arabic) is the common name used for all chicks, and sometimes it is said apropos of a young hen which has not yet laid eggs: but said in an unlinked way - without connection with the phrase - it means chick of pigeon which cannot yet fly, Andrea Alpagó\*. ¶ In Italian the *pullus* is said pollo, pollastro, pulcino. But this term is suitable for the young one and still without feathers, the pollastro is of greater size and already proper for tables. In French it is said poulsin, poussin, pol, pollet, cochet, and they say pollaille for a more adult pullet. In German Huenle, Hünckel. In English chyk.

¶ We can call mature chicks those hatched in the early spring: as in our tongue we call autumnal those born later. And those belatedly born not yet lay eggs at the beginning of spring, as on the contrary are doing

<sup>1196</sup> *Cavaliere* 1344 (Vocabolario della lingua greca, Loescher 2004).

<sup>1197</sup> Il verbo *ortálizēin* è attestato solo nello scoliaste di Aristofane, che in *Equites* 1344 usa il composto *anortalízō* 'battere le ali e gridare in segno di vittoria, inorgogliersi'.

quos maturos esse dixi. quamobrem non ad pullationem, sed ad veru aluntur, Gyb. Longolius.

### C.

¶ Varro pullos pipare dixit, Nonius<sup>1198</sup>. Vide in Gallina C. Pipire proprie dicuntur pulli gallinacei (et huiusmodi) Columellae<sup>1199</sup>. Urticarum genera quaedam pullis mortifera sunt, quae gallina rostro conatur evellere, Albertus.

### E.

¶ Mustelae cinis si detur in offa gallinaceis pullis, tutos esse a mustelis aiunt, Plinius<sup>1200</sup>.

those I told to be mature. Therefore, they are not raised for reproductive purposes, but for spit, Gisbert Longolius\* - in *Dialogus de avibus*.

### C

¶ Varro said that chicks chirp, Nonius\*. See in the paragraph C of the Hen. In Columella is properly said that the chicks of gallinaceous birds (and others of the same sort) peep, *pipire*. Some species of nettles\* which the hen strains herself in wrenching by the beak are deadly to chicks, Albertus\*.

### E

¶ They say that if ashes of weasels\* are given to gallinaceous chicks into a mouthful, they are safe from weasels - or beech martens\*, Pliny\*.

Page 459

### [459] F. et G.

De iis quae circa salubritatem pullorum gallinaceorum, et apparatus ad cibum et remedia considerantur, abunde dictum est in Gallinacei historia.

### H.

a. Pullus generale vocabulum est omnium alitum: et quadruped<i>um etiam quorundam foetus pulli dicuntur, ut equi et asini, unde pullini dentes, Grapaldus. Pullos dicimus parvos foetus quorumcunque animalium, sed praecipue avium: et inter eas gallinarum praecipue per excellentiam. Sed iumentorum quoque, ut Graeci πῶλον, nos füle. Ranae pullos Horatius dixit<sup>1201</sup>, de apibus novellis Columella. Quia tu gallinae filius albae, Nos viles pulli nati inf{o}elicibus ovis, Iuvenalis<sup>1202</sup>. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus, ut Plinius<sup>1203</sup>, unde verba pullulare, pullescere, pullulascere. Pullatio, foetura pullorum, Columellae<sup>1204</sup>. Pullities ipsa pullatio vel pulli ipsi: qua voce idem utitur de turture, anseribus et apibus. Georg. Alexandrinus in nriscarum vocum enarratione

### F & G

In the search about the gallinaceous genus it has been abundantly spoken on those things concerning the health of the chicks of hen, as well as how the food and the medicines must be prepared.

### H

a. Chick is a term generally used for all the birds: and also the newborns of some quadrupeds are said *pulli* - babies or colts, as horses and donkeys, whence *pullini* teeth . milk teeth, Francesco Mario Grapaldi\*. We call *pulli* the offspring of whatever animal, but above all of the birds: and among them for excellence above all of the hens. But also of burden beasts, as Greeks *pólon* - colt / filly, so we say füle. Horace\* said *pulli* of the frog, Columella\* told it for the young bees. Because you are child of a white hen, we are worthless chicks hatched from unlucky eggs, Juvenal\*. In truth we say *pulli* - tillers - of the trees and of the plants as Pliny\*, from which the verbs *pullulare*, *pullescere*, *pullulascere* - to bud. *Pullatio* - brooding - for the incubation of the chicks, in Columella. *Pullities* means the brooding in itself or the chicks: we use this term evenly for turtle dove, geese and bees. Giorgio Merula\* in *Enarrationes*

<sup>1198</sup> Citazione sospetta. - La ricerca alla voce PIPARE nell'edizione della *Compendiosa doctrina* di Nonio Marcello stampata a Parma nel 1480 è negativa per l'affermazione di Varrone circa il fatto che i pulcini *pipant*. Inoltre, alla voce PULLUS del capitolo DE GENERE VEL COLORE VESTIMENTORUM non viene citato *pipare*.

<sup>1199</sup> Sia *pipare* che *pipiare* nonché *pipire* significano pigolare. Nell'edizione del *De re rustica* di Columella a mia disposizione viene usato il verbo *pipare*: VIII,5,14: [...] undevicesimo animadvertat an pulli rostellis ova pertuderint, et auscultetur si pipant. - La maggior parte degli editori riporta *si pipiant*.

<sup>1200</sup> *Naturalis historia* XXX,144: Eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis pullis et columbinis, tutos esse a mustelis.

<sup>1201</sup> *Sermones* - Satire - II 3,314-317: Absentis ranae pullis vituli pede pressis | unus ubi effugit, matri denarrat, ut ingens | belua cognatos eliserit: illa rogare, | quantane? Num tantum, sufflans se, magna fuisset?

<sup>1202</sup> *Satira* XIII 141-142.

<sup>1203</sup> *Naturalis historia* XXVII,131: Circa Ariminum nota est herba quam reseda vocant. Discutit collectiones inflammationesque omnes. Qui curant ea, addunt haec verba: Reseda, morbos reseda; scisne, scisne, quis hic pullus egerit radices? Nec caput nec pedes habeat. haec ter dicunt totienseque despuunt.

<sup>1204</sup> *De re rustica* VIII,5,9: Plerique tamen etiam ab aestivo solstitio non putant bonam pullationem, quod ab eo tempore, etiam si facile educationem habent, iustum tamen non capiunt incrementum.

Alexandrinus in priscarum vocum enarratione, pullicium, (pulliciem legendum arbitror) interpretatur foeturam pullorum e Varronis lib. 3.<sup>1205</sup> Pullinus, quod est pulli. unde pullini dentes, quos primum equi faciunt. Pullarius, qui pullorum curam habet. et qui e pastu pullorum captat auspicia, ut in Gallo h. ostendimus<sup>1206</sup>.

¶ c. Alulen, id est cibus pullorum, Vetus Glossographus Avicennae. Insipere, farinam iacere pultis, (lego pullis.) Unde dissipare, obsipare, ut cum rustici dicunt, Obsipa pullis escam, Festus<sup>1207</sup>.

¶ h. C. Claudio, M. Perpenna COSS. pullus gallinaceus quadrupes natus, Iulius Obsequens<sup>1208</sup>. Vide supra in Gallina b. ¶ De auguriis vel auspiciis e pullis, leges in Gallo h. Adversus grandines olim agnum aut pullum immolabant, Caelius Calcagninus in libro de re nautica.

*vocum priscarum* interprets *pullicium* (I think it must be read *pulliciem*) as the offspring of the chickens inferring it from the 3<sup>rd</sup> book of *De re rustica* by Varro\*. *Pullinus* means what is of the chick. From which *pullini* teeth - milk teeth, those the horses utter for the first time. *Pullarius* - the poulterer, he who takes care of the chickens. As well as - the keeper of the holy chickens - he who draws the omens from the manner the chickens are eating, as we explained in the paragraph h of the Cock.

¶ c. Alulen, that is the food of the chickens, the ancient glossographer of Avicenna\*. To throw inside, to throw the flour to *pultis* (I correct with *pullis*). From which to dissipate, to throw, as when the farmers say: Throw the food to the chickens, Festus\*.

¶ In the consulship of Caius Claudius and Marcus Perpenna\* a gallinaceous chick was born with four legs\*, Julius Obsequens\*. See before in the paragraph b of the Hen. ¶ About the prophecies or the auspices inferred from chickens you can read in the paragraph h of the Cock. In the past against the hailstorms they immolated a lamb or a chicken, Celio Calcagnini\* in the treatise *De re nautica*.

<sup>1205</sup> Nei testi di Varrone a mia disposizione sia *pullicium* che *pulliciem* sono introvabili. In *Enarrationes vocum priscarum* di Merula (apud Gryphium, Lugduni, 1549) si legge addirittura *publicium*: PUBLICIUM a pullis derivatur et est foetura pullorum lib. 3 Varro.

<sup>1206</sup> *De divinatione* I,35,77: Quid? Bello Punico secundo nonne C. Flaminius, consul iterum, neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae? Qui exercitu lustrato cum Arretium versus castra movisset et contra Hannibalem legiones duceret, et ipse et equus eius ante signum Iovis Statoris sine causa repente concidit nec eam rem habuit religioni, obiecto signo, ut peritis videbatur, ne committeret proelium. Idem, cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret. Cum ille quiescendum respondisset, Flaminius: "Praeclara vero auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur!" Itaque signa convelli et se sequi iussit. Quo tempore cum signifer primi hastati signum non posset movere loco, nec quicquam proficeretur [?] plures cum accederent, Flaminius re nuntiata suo more neglexit. Itaque tribus iis horis concisus exercitus atque ipse interfectus est.

<sup>1207</sup> *De verborum significatione*: INSIPERE FAR IN OLAM, iacere pullis. Unde dissipare, obsipare, ut quum rustici dicunt: Obsipa pullis escam. (Panckoucke Éditeur, Paris, 1846) § Assente *pultis* in questa edizione, diversamente da quella usata da Gessner.

<sup>1208</sup> Impossibile trovare questa citazione nel precedente testo di Gessner. § Giulio Ossequente *Liber prodigiorum*, cap. 53, C. Claudio M. Perpenna coss. Bubo in aede Fortunae Equestris comprehensus inter manus expiravit. Faesulis fremitus terrae auditus. Puer ex ancilla natus sine foramine naturae qua humor emittitur. Mulier duplici natura inventa. Fax in caelo visa. Bos locuta. Examen apium in culmine privatae domus consedit. Volaterris sanguinis rivus manavit. Romae lacte pluit. Arretii duo androgyni inventi. Pullus gallinaceus quadrupes natus. Fulmine pleraque icta. Supplicatio fuit. Populus Cereri et Proserpinae stipem tulit. Virgines viginti septem carmen canentes urbem lustraverunt. Maedorum in Macedonia gens provinciam cruenta vastavit. [anno 662 ab Urbe condita - 92 aC]

## DE GALLINA RUSTICA.

ALIA videri potest gallina rustica, cuius Columella et Varro meminerunt: alia vero perdix rustica, cuius Martialis<sup>1209</sup>, eadem (ni fallor) rusticula Plinio dicta<sup>1210</sup>.

¶ Gallinae quae vocantur trium generum sunt, villaticae, et rusticae, et Africanae, Varro<sup>1211</sup> et Columella<sup>1212</sup>. Rustica gallina non dissimilis villaticae, per aucupem decipitur: eaque plurima est in insula, quam nautae in Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam vocitaverunt, Columella<sup>1213</sup>. Gallinae rusticae (inquit Varro<sup>1214</sup>) sunt in urbe rariae, nec fere mansuetae sine cavea videntur Romae, similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed Africanis aspectu ac facie incontaminata. In ornatibus publicis solent poni cum psittacis, ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. neque fere in villis ova ac pullos faciunt, sed in sylvis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata, quae est in mari Tusco secundum Italiam contra montes Ligusticos, vigintimillium<sup>1215</sup> Albingaunium. alii ab his villaticis invectis a nautis ibi feris factis procreatis, Haec ille. Albingaunii quidem Liguria oppidi Plinius etiam meminit<sup>1216</sup>. est

## THE WILD HEN

One thing can seem the wild hen mentioned by Varro\* and Columella\*: but another thing is the *rustica* partridge - the Eurasian woodcock\* / the common snipe\*, about which Martial\* has spoken, the same (if I am not mistaken) said *rusticula* by Pliny\*.

¶ Those called hens are of three kinds: courtyard, wild and African, Varro and Columella. The wild hen is not dissimilar from that of courtyard, she is trapped by the bird catcher: and she is very numerous in an island located in the Ligurian Sea which the sailors by lengthening the name of the bird called Gallinara\*, Columella. The wild hens (Varro says) are rare in the town, and in Rome they are not seen almost domesticated without being in a cage, in the aspect they are not similar to these our domestic hens, on the contrary to African ones for their build, and they have a pure aspect. During the public decorations it is custom to put them together with parrots and white blackbirds, as well as with other similar rarities. In farm they almost don't lay eggs neither raise chicks, but in wild places. It is said that the Gallinara island take the name from these hens, an island located in the Tyrrhenian Sea near Italian coasts, in front of Ligurian mountains, Ventimiglia and Albenga. Others think that they come from these domestic hens

<sup>1209</sup> *Epigrammata* 13,76 RUSTICULAE: Rustica sim an perdix quid refert, si sapor idem est? | Carior est perdix. Sic sapit illa magis. § A differenza di quanto troviamo nei comuni vocabolari di latino, secondo Filippo Capponi (*Ornithologia Latina*, 1979 – alle voci RUSTICA e RUSTICULA) questo uccello sarebbe da identificare non con il beccaccino (*Gallinago gallinago* o *Capella gallinago*), bensì con la beccaccia, *Scolopax rusticola*.

<sup>1210</sup> *Naturalis historia* X,111: Harum volatus in reputationem ceterarum quoque volucrum inpellit. Omnibus animalibus reliquis certus et unius modi et in suo cuique genere incessus est; aves solae vario meatu feruntur et in terra et in aëre. Ambulant aliquae, ut cornices; saliant aliae, ut passerres, merulae; currunt, ut perdices, rusticulae; ante se pedes iaciunt, ut ciconiae, grues. Expandunt alas pendentesque raro intervallo quatunt, aliae crebrius, sed et primas dumtaxat pinnas, aliae tota latera plaudunt; [...].

<sup>1211</sup> *Rerum rusticarum* III,9,1-3: Igitur sunt gallinae quae vocantur generum trium: villaticae et rusticae et Africanae. [2] Gallinae villaticae sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ornithoboscion instituere vult, id est adhibita scientia ac cura ut capiant magnos fructus, ut factitaverunt Deliici, haec quinque maxime animadvertant oportet; de emptione, cuius modi et quam multas parent; de fetura, quem ad modum admittant et pariant; de ovis, quem ad modum incubent et excudant; de pullis, quem ad modum et a quibus educuntur; hisce appendix adicitur pars quinta, quem ad modum saginentur. [3] Ex quis tribus generibus proprio nomine vocantur feminae quae sunt villaticae gallinae, mares galli, capi semimares, qui sunt castrati.

<sup>1212</sup> *De re rustica* VIII,2,1: Prius igitur de his praecipiam, quae intra septa villae pascuntur. ac de aliis quidem forsitan ambigatur an sint agrestibus possidenda, gallinarum vero plerumque agricolae cura sollemnis est. Earum genera sunt vel cohortalium vel rusticarum vel Africanarum.

<sup>1213</sup> *De re rustica* VIII,2,2: Cohortalis est avis quae vulgo per omnes fere villas conspicitur, rustica, quae non dissimilis villaticae per aucupem decipitur - eaque plurima est in insula quam navitae Ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariam vocitaverunt.

<sup>1214</sup> L'edizione Aldina\* del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene: sed Africanis aspectu, ac facie incontaminata. In ornatibus publicis [...]. § *Rerum rusticarum* III,9,16-17: Gallinae rusticae sunt in urbe rariae nec fere nisi mansuetae in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis. [17] Aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus publicis solent poni cum psittacis ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. Neque fere in villis ova ac pullos faciunt, sed in silvis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata, quae est in mari Tusco secundum Italiam contra montes Ligusticos, Intimilium, Album Ingaunum; alii ab his villaticis invectis a nautis, ibi feris factis procreatis. (UTET 1974)

<sup>1215</sup> Forse Varrone non aveva altre città importanti cui fare riferimento, ma Ventimiglia è alquanto distante dalla Gallinara: 56 km in linea d'aria. Tutta la disquisizione circa la toponomastica tanto variabile di Albenga e Ventimiglia nonché del mar Tirreno - che pertanto non viene emendata - si trova alla voce Gallinara\* del lessico.

<sup>1216</sup> *Naturalis historia* III,48: Flumen Rutuba, oppidum Album Intimilium, flumen Merula, oppidum Album Ingaunum, portus Vadorum Sabatium, flumen Porcifera, oppidum Genua, fluvius Fertor, portus Delphini, Tigulia intus, Segesta Tiguliorum, flumen

autem illi vicinum Intemelium oppidum, et sic apud Varronem legendum puto, (sic et Hermolaum legisse video,) non vigintimilium, ut Gallinaria insula sita intelligatur contra haec duo Liguriae oppida et Ligusticos montes. ¶ Sylvestres gallinae quae rusticae appellantur, in servitute non foetant: et ideo nihil de his educandis praecipimus, nisi ut cibus ad satietatem praebeatur, quo sint convivorum epulis aptiores, Columella<sup>1217</sup>.

¶ Rusticae gallinae sunt agrestes (sylvestres potius) rostro longiore, quae per diminutionem rusticulae quoque appellantur, Ge. Alexandrinus<sup>1218</sup>: quem video gallinagem vel perdicem rusticam, (quam Galli beccassam a rostri longitudine, nostri Schnepff appellant, Plinius, ut videtur, rusticulam,) pro gallina rustica accepisse. Audio et hodie circa Bononiam in Italia Gallinam rusticam sive rusticellam nominari avem palustrem et lautam, haud scio an beccassam, an aliam quandam. Sed cum Columella gallinam rusticam villaticae non dissimilem faciat, beccassa vero longe dissimilior sit illi quam aliae quaedam sylvestres gallinae, inter alias quaerenda est quae nam tum forma tum magnitudine ad villaticam accedat proxime: qualis illa est cuius e Scotia missae imaginem paulo ante posuimus: vel illa (nisi eadem sit) quam in Anglia reperiri Turnerus scripsit, ut proxime recitavimus: in quo genere mas totus niger est, foemina varia instar perdicis, etc. Rursus cum Varro rusticas non villaticis gallinis sed Africanis aspectu similes scribat<sup>1219</sup>, ac facie incontaminata: Africanas autem non alias quam Meleagrides faciat, dubitare aliquis posset, tanquam alia Varronis quam Columellae gallina rustica esset. quod mihi quidem videtur. possunt enim rusticae villaticis reliquo corpore similes esse, facie vero dissimiles. ¶ Gallina apud nos

brought by the sailors, that here they became wild and reproduced, these his words. Actually also Pliny\* quotes the Ligurian town of Albenga. Besides nearby is the city of *Intemelium* - Ventimiglia, and I think that in Varro we have to read so (I see that also Ermolao Barbaro\* has read so), not *vigintimilium*, so that it can be understood that the Gallinaria island is facing these two Ligurian towns and Ligurian mountains. ¶ The wild hens, that are said rustic, in captivity don't reproduce: and therefore we didn't supply any instruction about how to raise them, if not to give them food in abundance so that they are more suitable for the foods of the banquets, Columella.

¶ The wild hens haunt the fields (or better, the woods) and they have a rather long beak, and using the diminutive they also are said *rusticulae*, Giorgio Merula\*: it seems me that he exchanged the *gallinago* or *rustica* partridge - the Eurasian woodcock / the common snipe (which the French because of the length of the beak call *bécasse*, Schnepffs by our Swiss people, Pliny, as it seems, calls it *rusticula*) for the wild hen. I hear that still today in Italy in the outskirts of Bologna a marshy and abundant bird is said rustic hen or rusticella, I don't know if it is the woodcock or some other bird. But since Columella doesn't reckon the wild hen dissimilar from the courtyard one, then for him the woodcock would be very dissimilar from some other wild hens, among which in fact we have to wonder which is quite a lot approaching to the courtyard one: like is that one whose image sent from Scotland I placed a little before: or that (unless it is the same) William Turner\* wrote to be found in England, as I just said: in this genus the male is wholly black, the female is variegated as a partridge\*, etc. Furthermore, since Varro writes that the wild hens are similar in the appearance not to those of courtyard, but to African ones, and that they have a pure aspect: someone could doubt that it doesn't reckon the Africans different from the guinea-fowls\*, like if the wild hen of Varro were different from that of Columella. Which actually it seems to me. For the wild ones can

---

Macra, Liguriae finis. A tergo autem supra dictorum omnium Appenninus mons Italiae amplissimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum.


<sup>1217</sup> *De re rustica* VIII,12,1: DE NUMIDICIS ET RUSTICIS GALLINIS - Numidicarum eadem est fere quae pavonum educatio. Ceterum sylvestres gallinae, quae rusticae appellantur, in servitute non fetant, et ideo nihil de his praecipimus, nisi ut cibus ad satietatem praebeatur, quo sint convivorum epulis aptiores.

<sup>1218</sup> In *Enarrationes vocum priscarum* l'inaffidabile Giorgio Merula termina con un discutibile: lib. 8 cap. 2 Columel. § Ecco nuovamente la citazione di Columella *De re rustica* VIII,12,1: DE NUMIDICIS ET RUSTICIS GALLINIS - Numidicarum eadem est fere quae pavonum educatio. Ceterum sylvestres gallinae, quae rusticae appellantur, in servitute non fetant, et ideo nihil de his praecipimus, nisi ut cibus ad satietatem praebeatur, quo sint convivorum epulis aptiores.

<sup>1219</sup> L'edizione Aldina del 1533, forse quella usata da Gessner, contiene: sed Africanis aspectu, ac facie incontaminata. In ornatibus publicis [...]. § *Rerum rusticarum* III,9,16-17: Gallinae rusticae sunt in urbe rariae nec fere nisi mansuetae in cavea videntur Romae, similes facie non his gallinis villaticis nostris, sed Africanis. [17] Aspectu ac facie incontaminatae in ornatibus publicis solent poni cum psittacis ac merulis albis, item aliis id genus rebus inusitatis. Neque fere in villis ova ac pullos faciunt, sed in silvis. Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata, quae est in mari Tusco secundum Italiam contra montes Liguscos, Intimilium, Album Ingaunum; alii ab his villaticis invectis a nautis, ibi feris factis procreatis.

rustica (inquit Turnerus) nusquam reperitur, si gallina illa quam morhennam vocant, (quam supra verbis ipsius descripsimus,) non sit: quamvis de eadem an attagen sit dubitamus.

be similar to the domestic ones as far as the rest of the body is concerned, but dissimilar as far as the appearance. ¶ Among us (William Turner says) the wild hen never is found unless it is that hen they call morhenna\* (which we described before with his own words): even if about this subject we doubt that it is a francolin\*.



Gallus Silvestris of Henry Sinclair\*  
received from Scotland and reproduced at page 460





*Icon haec desumpta est  
ex charta quadam Cosmographica.*

This picture has been got  
from a cosmographic map.

FUCH civitas est maxima versus Orientem, in qua maximi galli nascuntur. Gallinae sunt albae instar nivis, non pennis sed lanis tectae ut pecus, Odoricus de Foro Iulii<sup>1220</sup>. In civitate Quelinfu, in regno Mangi nomine, inveniuntur gallinae, quae loco pennarum pilos habent, ut catti, nigri scilicet coloris, sed ova pariunt optima, M. Paulus Venetus 2. 68.<sup>1221</sup>

Eastward there is the very large city of Fuch - Fuzhou, in which very large roosters are born. The hens are white as snow, covered not with feathers but with wool as sheep, Odorico del Friuli\*. In the city of Quelinfu - Quenlinfu, Kien-ning Fu - in the kingdom of Mangi there are some hens which instead of feathers have hair like cats, that is, black, but lay very good eggs, the Venetian Marco Polo\* in 2.68.



Gallina lanigera reproduced at page 339  
of ORNITHOLOGIAE TOMUS ALTER (1600) by Ulisse Aldrovandi

<sup>1220</sup> *Itinerarium Fratris Odorici de Foro Iulii, Ordinis Fratrum Minorum, de mirabilibus Orientalium Tartarum* (1330). "Partendomi di questa terra [dall'odierna Quanzhou] venni verso oriente a una città che si chiama Fozo, che gira ben trenta miglia: Quivi sono i maggiori galli del mondo, e le galline bianche come neve: ma non hanno penne, ma lana a modo di pecore." (*Memoriale Toscano*, 33)

<sup>1221</sup> Gessner non riporta Marco Polo - o Marcus Paulus - nel suo *Nomenclator insignium scriptorum* (1555). Sotto il nome di Marcus Paulus Venetus compare invece nella bibliografia di *Historia animalium I* (1551) e la sua citazione bibliografica recante il numero 209 viene inclusa nei *Libri recentiorum mediocri aut etiam egregio stilo Latine editi*: 209. MARCI PAULI VENETI DE REGIONIBUS ORIENTIS LIBRI 3. - Nel 1532 l'opera di Marco Polo si intitolava *De regionibus Orientalibus libri III*, edita in latino a Basilea da Simon Grynaeus e contenuta in *Novus orbis regionum ac insularum veteribus incognitarum*. Questo Marco Polo venne ripubblicato da Georg Schulz nel 1671 sempre con il titolo *De regionibus orientalibus libri III* che costituisce un terzo del frontespizio della pubblicazione di Schulz la cui sintesi è la seguente: *Marci Pauli Veneti historici fidelissimi juxta ac praestantissimi De regionibus Orientalibus libri III. Cum codice manuscripto Bibliothecae Electoralis Brandenburgicae collati ... Accedit, propter cognationem materiae, Haitboni Armeni historia Orientalis: quae & de Tartaris inscribitur; itemque A. Mulleri Greiffenbagii, de Chataja, cujus praedictorum auctorum uterque mentionem facit, disquisitio; inque ipsum Marcum Paulum Venetum praefatio, & locupletissimi indices*. Coloniae Brandenburgicae [Berlino], ex officina G. Schulzii, 1671. - Non solo nel testo latino di Marco Polo consultato da Gessner, ma anche in una traduzione francese del 1556 le galline nere e pelose si trovano nel libro II cap. 68 (*Description géographique des provinces & villes plus fameuses de l'Inde Orientale* etc., Paris, Jehan Longis, 1556) e lo stesso dicasi per un'altra edizione francese del 1888 contenuta in *Deux voyages en Asie au XIIIe siècle par Guillaume de Rubruquis et Marco Polo* (éd. par Eugène Muller, Paris, librairie Ch. Delagrave, 1888). - Quindi la referenza di Gessner è esatta, anche se la numerazione è diversa da quella de *Il Milione* edito da Arnoldo Mondadori (1954) dove il testo italiano suona così: E havvi belle donne, e havvi galline che non hanno penne, ma peli come gatte, e tutte nere, e fanno uova come le nostre, e sono molto buone da mangiare. (CXXXIV *Del reame di Fugin*)

CONRADI GESNERI  
Tigurini medici & Philosophiæ profes-  
soris in Schola Tigurina, Histo-  
riæ Animalium Liber III.  
qui est de Avium  
natura.

ADIECTI sunt ab initio Indices alphabetici decem super nominibus Avium  
in totidem linguis diuersis : & ante illos Enumeratio Avium eo ordine quo in  
hoc Volumine continentur.



cvm Priuilegijs S. Cæsareæ Maiestatis ad octennium, & Christia-  
nissimi Regis Galliarum ad decennium.

TIGVRI APVD CHRISTOPH. FROSHOVERVM,  
ANNO M. D. LV.



**Etiam Gessnergallus  
nunc enucleatus est**



**Also the Chicken of Gessner  
now has been disemboweled**

Chromatic processings  
by Fernando Civardi  
2010